Sveinn Konungr kom i Noreg.

I þann tima er Knutr Konungr red Englandi oc Danmörk, þa red Olafr Haralldſſon fyrir Noregi. En er Olafr Konungr kom þar til rikis, þa ſtucku or lanndi fyrir honum Sveinn Jarl Hakonarſon, oc Hakon Jarl Eirikſſon, ſyſturſon Knutz Konungs: hann for til Eng-

CAP. XVI.

De pace inter Reges inita.

Londinum obsidione premebat rex Cnutus, qvam urbem Jatmundus fratresqve illius omni opera defendebant, legatis ab utraqve parte inter eos commeantibus. Istorum matrem Emmam in matrimonio (ut dictum) Cnutus habuit. Tandem eo res venit, ut obsides mutui traderentur, pactis, donec pax firmior conciliaretur, induciis. Convenitur utrinqve: atqve his demum conditionibus pax initur, ut terra inter eos æqvaliter divideretur, dimidiam uterqve regni partem, dum in vivis esset, regeret, mortuo vero sine liberis alterutro, is qvi superesset, totum regnum acciperet: qvæ jure jurando ab utraqve parte confirmata pactio. Erat tunc temporis inter Anglos vir potens, Heidricus Striona nomine: Is a rege Cnuto pecunia corruptus est, ut Jatmundum clam interficeret. Hoc modo Jatmundus rex periit, cujus tamen nutricius iste Heidricus fuerat, atqve eidem Jatmundus haud secus qvam sibi ipsi fidem habuerat. Deinde Cnutus omnes Adalradi regis filios profligatos ex Angliâ ejecit, postqvam non paucis eos præliis fatigarat. Illi vero, interemto Jatmundo rege, ad obsistendum Cnuto nimis infirmis erant viribus. Hujus rei memoria extat in carmine Sighvati poëtæ de Cnuti regis gestis,

„ *Attamen singulos deinceps filiorum Adalradi*
„ *vel interfecit Cnutus, vel proscripsit.*

Filii deinceps Adalradi ad Flandros ac Nordmannos sese recepere, ubi diu apud avunculos suos Rodbertum & Vilhelmum vivebant, sicut in historia Sancti Olavi scriptum. Comes Ericus Haqvini filius in Anglia diem obiit, cum jam ad iter Romanum paratus esset. Uvulam sibi scindere curavit, unde fluxus sangvinis obortus nullo remedio sisti potuit, adeoqve is casus comiti finem vitæ attulit. Cnuto regi ex Emma tres liberi procreati: Eorum Haraldus natu erat maximus, deinde Horda-Cnutus, atqve filia Gunhilda, qvæ postea Henrico Largo, imperatori, qvi sui generis tertius solet appellari, nupsit. Ceterum & tertium rex Cnutus filium habuit Svenonem dictum, cui vero mater fuerat Alfifa Potens, Filia comitis Alfruni.

CAP. XVII.

De regis Svenonis in Norvegiam adventu.

Cum Angliæ simul & Daniæ imperitaret Cnutus, Norvegiam rexit Olaus Haraldi filius, qvi cum reipublicæ gubernacula capesseret, metu ipsius potentiæ è Norvegia discessere Sveno Haqvini filius, & comes Haqvinus Erici filius, Cnuti regis sorore prognatus. Hic igitur avunculum suum Cnu-

Englanndz a fund Knutz Konungs frænda fins, oc tok hann vel vid honum: fidan o-fridadiz med þeim Olafi Konungi oc Knuti Konungi. Knutr Konungr oc Hakon Jarl komu i Noreg med her o-vigian: var þat ovarla a dögum Olafs Konungs, oc laugdu þeir lannd allt undir fik. Knutr Konungr fetti þa Hakon frænda finn til rikis i Noregi, en hann for þadan til Danmerkr, en Olafr Konungr flydi þa landid, oc for þa auftr i Garda riki, oc kom aptr i Noreg tveim vetrum fidarr, oc atti þa orroftu mickla a Stiklarftödum vid lenndamenn fina, er þa höfdu giördz honum o-truir, oc voru þa mot-ftödu menn hans: þar fell Olafr Konungr, fem alkunna er ordit, oc er hann heilagr, oc liggr i fkrini i Nidar-ofi. Hakon Jarl Eiriks-fon tyndiz i Englanndz hafi einum vetri adr Olafr Konungr enn helgi fell: þa kom Sveinn, fonr Knutz Konungs oc Al-fifu, i Noreg, oc var hann þa til Konungs tekinn yfir lannd allt, at til-fkipan Knutz Konungs födur fins. Knutr Konungr fetti Haurdaknut, fon finn, yfir Dana velldi, oc fkylldi hann þar Konungr vera. Knutr Konungr hafdi oc til forrada mikinn hlut af Skotlanndi, oc fetti hann þar Haralld fon finn Konung yfir; en þo var Knutr Konungt yfir-konungr allra þeirra. Hann var kalladr Knutr enn Riki eda Knutr Gamli: hann hefir verid rikaztr Konungr oc vid-lendaztr a Danfka tungu. Knutr Konungr byriadi ferd fina af-lanndi i brott, oc for hann fudr til Rums, oc hafdi hann i þeirri ferd fva mikinn fekoftnad, at engi madr kunni markatal um, oc varla punnda tal: hann hafdi of laufafiar af finu riki, en tok Keifarans fe at frialfu, hvar fem hann villdi. Medan Knutr Konungr var a Ruma vegi, þa þyrfti engi madr fer matar at bidia, fa er hanns funndi matti na; fva gaf hann öllum noga fkotpenninga. Knutr Konungr geck af Flæmingia lanndi til Romaborgar: Sva fegir Sighvatr Skalld:

Sva mun fár ferill
fetum fudr metinn
hring-drifr hafa
höfud fremftr jöfurr.

Knutr Konungr fetti Spitalá, þann er alla menn fkylldi fæda um nott, þa er þar kæmi af Danfkri tungu: vida gaf hann oc til ftor fe, þar fem voru Klauftr, eda adrir ftorir ftadir.

XVIII. CAP.

And-lat Knutz.

En er Knutr Konungr kom aptr til Englanndz i riki fitt, þa feck hann fiukleik, oc var fyrft med þvi moti, fem gulufott er köllud:

tum, tunc in Anglia constitutum, adiit, qvi eum benigne excepit. Inde inter reges Olavum & Cnutum inimicitiæ extiterunt. Cnutus & comes Haqvinus cum ingenti exercitu Norvegiam invadunt sub extrema regni Olavi tempora, totamqve sibi regionem subjiciunt. Haqvinum comitem Cnutus, cognatum suum, Norvegiæ rectorem constituit, ipse vero in Daniam proficiscitur. Olavus è Norvegia fugiens, in Russiam se recipit. Biennio post in Norvegiam redit, atqve cum baronibus regni sui, qvi per summam infidelitatem impia contra ipsum arma sumserant, in prædio Stiklarstado acerrima pugna decertavit. Istic rex Olavus occubuit, ut vulgo notum. Hic Sanctorum in numero habetur, corpusqve ejus scrinio inclusum, Nidrosiæ asservatur. Comes Haqvinus mari Anglico submersus est, anno priusqvam Sanctus Olavus decederet. Mox Sveno, Cnuti regis & Alfifæ filius, in Norvegiam venit, jubenteqve Cnuto parente, totius Norvegiæ rex creatur. Horda-Cnutum vero filium regno Daniæ Cnutus rex præfecit, itidem cum potestate regia. Habebat præterea rex Cnutus in suâ potestate magnam Scotiæ partem, cui Haraldum, itidem filiorum unum, regem præposuit: in hæc omnia tamen supremo sibi & imperio & regis titulo reservato. De qvo & istud prædicatur, qvod cum omnes, qvi Danicam, hoc est, septentrionalem lingvam unqvam usurparunt, reges opibus & potentiâ ditionumqve amplitudine antecelleret, vulgo Cnutus potens *vocetur, alias* grandævi *cognomento notus. Tandem & peregrinatione suscepta, Romam proficiscitur. In qvo itinere tantum pecuniæ expendit, ut marcarum haud sane, vixqve etiam librarum numero summa illa æstimari qveat: Namqve & grandem thesauri copiam è regno suo secum tulit, & ex imperatoris opibus, ubicunqve locorum voluit, suppeditatum, in usus suos accepit. Dum vero in Romana ista peregrinatione esset Cnutus, nemo, qvi ipsum accederet, petere cibum opus habuit, omnibus ipso scilicet pecuniæ satis largiente. Ex terra Flandrica Romam usqve traditur pedibus iter confecisse: hoc ipsum confirmante poëtâ Sighvato:*

„ *Hoc modo (vel tali magnificentia) pauci*
„ *austrum versus iter instituerunt,*
„ *annulorum datores* (i. e. munifici, liberales)
„ *reges celsissimi.*

Instituit etiam hospitium, qvo omnes lingva Danica loqventes, idemqve iter suscepturi, viatores noctu exciperentur. Deniqve ingentem nummorum copiam in cœnobia aliaqve sacra loca passim erogavit.

CAP. XVIII.

De morte Cnuti.

Redux in suum Angliæ regnum rex Cnutus morbum contraxit: qvo, primum aurugini non absimili, postqvam diu per æstatem conflictatus fuerat,

ud: hann la lengi um sumarid, oc um haustid anndadiz hann Idus Novembris: þat var i borg þeirri, er heitir i Morstr: þat er mikill höfud-stadr: oc er hann þar jardadr: þa hafdi hann at alldri xvij. vetr oc xx: þa hafdi hann verid Konungr yfir Dan-mörku vij. vetr oc xx, en radit fyrir Englanndi iiij. vetr oc xx. en fyrir Noregi vij. vetr. þat er allra manna mal, at Knutr Konungr hafi rikaztr verid oc vidlendaztr konunga a nordr-löndum.

CAP XIX.

Fra Knuti Konungi.

Knutr Konungr hefir verid örvaztr Konunga a Nordr-löndum, þviat þat er sannliga sagt, at eigi hafdi hann þat midr um-fram adra Konunga, hversu mikit fe hann veitti i vin-giafir, a hveriu ari, helldr en hitt, at hann tok micklu meira i skatta oc skylldir a hveriu ari af iij. þiod-löndum, en hverr sa annarra er hafdi eitt Konungs riki fyrir at rada; oc þo þat med, at England er audgazt at lausafe allra nordr-lannda. Þat var eitt mark um örleik hans, at madr er nefndr Þorarinn Lof-tunga, Islennzkr: hann var skalld mikid, oc hafdi hann bunndiz a höndum Konungum, oc ödrum rikum mönnum, langa æfi, oc var þa gamall er hann sotti til funndar vid Knut Konung, oc hafdi ort kvædi um hann; en þat var þa, er hann geck fyrir Konungin, oc kvaddi hann, oc spurdi ef hann villdi hlyda til kvædis, er hann hafdi ort um hann: en þat var þa, er Konungr sat yfir bordum, oc vist var up-tekin. Menn nockurir stodu fyrir bordinu, þeir er töludu mal sitt, oc hlyddi Konungr þeim fyrst, en er þeir luku sinni rædu, þa mællti Þorarinn: þviat hann var madr Kongdiarfr, oc hafdi opt flutt mal sitt fyrir höfdingium: Herra, segir hann: Enn vil ek bidia, at þer heyrid kvædi mitt, oc mun ydr þat skömm dvöl vera, þviat þat eru far visur. Knutr svarar, oc leit til hans helldr reiduliga: þat hefir engi madr fyrr giört vid mik en þu, at yrkia um mik dræplinga, oc vittu þat vist, at a morgin, at dögurdar mali, kom þu her, oc flyt mer þa þrituga drapu, eda lengri, þa er þu hafir nu ort um mik, a þessi stundu, en at odrum kosti skalltu deyia. Þa geck Þorarinn i brott, oc tok at yrkia drapu um Knut Konung, oc er su drapa köllud Höfudlausn, oc nytti hann allt or flockinum þat er sva matti, oc eptir um daginn flutti hann kvædit at Konungs bordi, oc tokz honum ed bezta. Konungr launadi honum kvædit, oc gaf honum L. marka skirra. Sidan orti Þorarinn adra drapu um Knut Konung, oc er þat köllud Tug-drapa: þar segir sva:

Giölld

erat, tandem tempore autumnali, idibus Novembris, moritur Morſtriæ, qvæ urbs magna in eo regno & primaria, ibiqve ſepelitur. Agebat tunc trigeſimum ſeptimum ætatis annum; Danicum regnum tenuerat viginti ſeptem annis, Anglicum viginti qvatuor, Norvegicum ſeptenis. Magnitudo Cnuti & potentia omnium in ore verſatur, qva ſupra cunctos ſeptentrionis reges extollitur; neqve enim qvisqvam eorum latius imperitavit.

CAP. XIX.
De Rege Cnuto.

Verum neqve iſtud omittendum, qvod ex regibus, qvos ſeptentrio habuit, nullius tantopere liberalitas, qvam Cnuti regis celebretur, adeo ut ex verò commemoratum ſit, ipſum non minus in donariis qvotannis largiendis ceteros reges ſuperaſſe, qvam in eo, qvod è tribus potentiſſimis regnis plus tributorum ac redituum qvotannis in ærarium intulerit, qvam qvi uni tantum regno præeſſent. Cui accedit, qvod inter omnes ſeptentrionales terras, opum ac theſaurorum Anglia facile ſit ditiſſima. Liberalitatis ejus, inter alia exempla, hæc fidem faciunt: Vivebat iis temporibus Thorarinus Loftunga, qvod cognomen lingva laudantem *notat, natione Islandus, poëtica facultate inſignis. Is in aulis regum principumqve diu commoratus, exactæ jam ætatis erat, cùm Cnutum regem adiret, carmen qvod de eo pepigerat, oblaturus. Accedit igitur regem Thorarinus, ſalutatumqve rogavit, vellet carmen recitanti, qvo ipſum celebrarat, aures præbere. Forte iſto tempore menſæ aſſidebat rex, ferculis jam tamen remotis: adſtabant autem ante menſam homines, qvi coram rege cauſas ſuas agebant, iisqve à rege primum opera dabatur. Qveis dicendi finem facientibus, Thorarinus eum rurſus compellans (audebat enim ſatis libere cum ipſo loqvi, ut qvi ſæpe alias coram principibus verba fecerat) ſic affatur: Iterum, domine, te oro, ut cantilenam meam audias, in qvo non multum temporis abſumes, cum paucis tantummodo conſtet verſibus. Cnutus vultu iracundo eum intuens, ait: „Tu igitur non vereris, qvod præter te nemo auſus eſt, exigua de me carmina componere? iſtud vero ſcito, qvod niſi craſtina die, ac ſub prandii qvidem tempus huc redeas, contilenamqve triginta vel plures ſtrophas complexam ejusdem ſenſus & argumenti, ſed auctiorem ea, qvam te nunc recitaturum dixiſti, adferas, capite pœnas ſis daturus. Abiens extemplo Thorarinus, nihil prius habuit, qvam ut cantilenam de Cnuto rege conficeret, eam ſcilicet, qvæ inde* capitis redemtio *appellata: eidemqve cuncta in priori illa qviæ exſtabant, qvantum pote, intexuit. Hanc poſtridie ante menſam regis recitat diſerto ore, munusqve a Cnuto recipit, qvinqvaginta marcarum argenti puri. Poſtea idem Thorarinus alteram de Cnuto cantilenam condidit, qvæ Tug-drapa dicitur, atqve in ea hæc leguntur:*

Giölld hefi ek marka
malm dyns fyrir hlyn
fram fim-tigu
for-viſt borid
þeirra er veitti
vig-hagr fyrir brag
mer mord-ſtorir
mann-balldr er ek fann.

Knutr Konungr gaf Berſa Skalld-torfu ſyni tva gull-hringa, er badir ſtodu mörk, oc þar med ſverd gullbuit. Sva ſegir Sighvatr Skalld:

Knutr hefir ockr enn itri
all-dad * göfugr badum
hendr er hilmi fundum
huns ſkrautliga bunar:
þer gaf hann mörk eda meira
margvitr oc hiör bitran,
gullz rædr giörfa öllu
gud ſiafr, en mer halfa.

* allda fugr *membr*

þa er Knutr Konungr anndadiz i Englanndi, endiz ſa enn mickli hofdingſkapr Danakonunga, er þeir langfedgar höfdu haft, at hverr enn ſidarri hafdi meira Riki en hans fadir.

XX. CAP.
Fra Knuti oc Sveini.

Knutr var manna meſtr vexti, oc ſterkr at afli, manna fridaztr, nema nef hans var þunt, oc eigi lagt oc nackvad biugt: hann var lioslitadr, fagr-harr, oc miök hærdr, hverium manni var hann betr eygdr, bædi fagr eygdr oc ſnar-eygdr: hann var örr madr (her madr) mikill, oc enn vapn-diarfaſti, ſigr-ſæll, hamingiu madr mikill um alla hluti, þa er til rikdoms heyrdi. Ecki var hann ſtor-vitr madr, oc ſva Sveinn Konungr med ſama hætti, oc enn adr Haralldr oc Gormr, at þeir voru öngir ſpekingar at viti:

XXI. CAP.
Fra Haurda Knut.

Haurda Knutr, ſon Gamla Knutz, tok riki allt i Danmörku eptir födur ſinn: en Haralldr, annarr ſon Gamla Knutz, tok riki yfir Englanndi, eptir födur ſinn. þa kom til Englanndz Jatvardr enn Godi

„ Pretium ego qvinqvaginta marcarum
„ exhibui sane ærisono (i. e. Regi bellicoso.)
„ Istas idem donavit mihi pro carmine
„ heros bellator, qvem adii, hostes cædendi peritissimus.

Idem Rex Bersóni Skalld-torfæ filio duos ex auro annulos, qvi pondere ambo marcam æqvabant, nec non ornatum auro gladium dono dedit, Sighvato poëta teste:

„ Præclarissimus ille Cnutus, virtutum nobilitate inclytus,
„ utriqve nostrum, cum ipsum adiremus navibus imperantem,
„ manus muneribus suis pulchre implevit.
„ Tibi qvidem Rex sapientissimus integram marcam auri
„ vel plus dedit, gladiumqve acutum,
„ Dei omnia in potestate habentis donum;
„ mihi vero (marcam) dimidiam.

Mortuo in Anglia Cnuto rege, magna illa Daniæ regum potentia, qva & ipse & majores ipsius claruerant, finem habuit. Etenim de illis potest dici, qvod unusqvisqve, propagatis finibus, amplius parente suo imperium adeptus fuerit.

CAP. XX.
De Cnuto & Svenone.

Cnutus magna corporis statura fuit, vir insigni robore, omniumqve formosissimus, excepto, qvod nasum haberet tenuem, eminentem, & aqvilinum: facie erat candida, capillo decoro & prolixo, oculis elegantissimis, claris nempe atqve acribus. Liberalis inprimis, bellator egregius, mirabili in pugnando audacia, victoriosus, ac in omnibus ad potentiam acqvirendam felix & fortunatus. Ceterum non acuto admodum ingenio, in qvo regi Svenoni videbatur, atqve illo prioribus, Haraldo & Gormoni similis; qvippe qvi a mentis acumine & sapientia neqve multum laudis promeruerunt.

CAP. XIX.
De Horda-Cnuto.

Horda-Cnutus, filius Cnuti Grandævi, defuncto patre, totum Daniæ regnum accepit. Haraldus vero filiorum Canuti alter, Angliæ rex post patrem constituitur. Tum & in Angliam venit Jatvardus Bonus,

Godi Adalradsson, brodir þeirra Harallds oc Haurda Knutz: hafdi hann i Englanndi gott yfir-lat, sem vert var. Tveim vetrum eptir andlat Gamla Knuz andadiz Gunn hilldr drotning i Saxlanndi, dottir Knutz Konungs, er Heinrekr Keisari hafdi att: En þrim vetrum sidarr andadiz Haralldr Knutzson Engla Konungr, oc er hann jardadr hia födur sinum i Morstr: tok þa Haurda Knutr, brodir hans, bædi rikin Englannd oc Danmörk. En Magnus, son Olafs ens Helga, svarabrodir Haurda Knutz, red þa Noregi, sva sem ritad er i Æfi Noregs
1042. Konunga. En tveim vetrum eptir andlat Harallds Knutz sonar anndadiz Haurda Knutr, var hann oc iardadr i Morstr hia Gamla Knuti fedr sinum. Eptir dauda Haurda Kuutz var al-dauda en forna ætt Dana Konunga. þa var Jatvardr Adalradsson til Konungs tekinn yfir Englanndi: var hann þar lengi Konungr: oc eignuduz Dana Konungar alldregi Englannd sidan. En þa tok Magnus, son Olafs ens Helga, riki i Danmork: var hann þa þar Konungr yfir, sem segir i Æfi Noregs Konunga: hann red einn vetur Danmörk, adr þar hofz til rikis i moti honum Sveinn, sa er sagt er Magnus heti ödru nafni: hann var son Ulfs Jarls þorgilssonar Sprakalegs. Modir Sveins var Astridr, dottir Sveins Konungs Tiuguskegs: var hon systir Knutz Konungs Gamla; en modir Astridar var Sigridr en Storrada, dottir Sköglar Tosta: hon var oc modir Olafs Sænska.

XXII. CAP.

Fra Dana Konungi.

Sveinn Ulfsson tok Jarldom af Magnusi Konungi Olafssyni, oc þar med Dana velldi, til forrada oc yfir-soknar, þa er þeir funduz i Gautelfi, oc batt Sveinn eidum sætt þeirra: for Magnus Konungr þa nordr i Noreg, en Sveinn til Danmerkr. þat sama haust toku Danir Svein Ulfsson til Konungs, oc lagdi hann þa lannd allt unndir sik, oc giordiz Konungr yfir. þat spurdi Magnus Konungr: oc eptir um varid for hann til Danmerkr med mikinn her. þat sumar bardiz Magnus Konungr a Vindlandi vid Jomsborg, oc feck sigr, brenndi hann borgina, oc vida annarstadar landid. Adra orrostu atti Magnus Konungr um haustid, næsta dag fyrir Mikials messo, a Jotlanndi, skamt nordr fra Heidabæ, a Hlyrskogs heidi, vid Skotborgar-a; þa bardiz hann vid Vindr: þar sigradi Magnus Konungr, med heilagleik oc jartegna giörd Olafs Konungs, födur sins, oc drap þar ogrynni hers heidinna manna. þat er sögn sumra manna, at Sveinn Ulfsson hafi verid i þeirri orrostu med Magnusi Konungi, oc sætt

þeirra

Adalradi filius, frater Haraldi & Horda-Cnuti, atqve in Anglia magnum, uti par erat, honorem consecutus est. Biennio post mortem Cnuti Grandævi obiit Gunhilda Saxoniæ regina, filia Cnuti regis, qvam in matrimonio habuerat Henricus imperator. Triennio vero deinde fato fungitur Haraldus Cnuti filius rex Angliæ, apud patrem suum Morstriæ humatus. Itaqve utrumqve regnum, Angliam scilicet & Daniam, Horda-Cnutus adipiscitur. Eo tempore Magnus Bonus, filius Olai Sancti, juratus frater Horda-Canuti, Norvegiæ præfuit, qvemadmodum in memoriis regum Norvagicorum traditur. Post duos, a morte Haraldi Cnuti filii, annos, obiit Hörda-Cnutus, qvi & Morstriæ apud patrem suum Cnutum Grandævum sepultus est. Mortuo Hörda-Cnuto antiqvum Daniæ regum stemma extinctum erat: ideoqve regem Angli elegerunt Jatvardum, Adalradi filium, qvi diu regno illi præfuit, atqve ita Daniæ reges Angliam nunqvam deinde recuperarunt. Danorum vero rex factus est Magnus, filius Olai Sancti, qvi & regni administrationem suscepit; de qvo & in vitis regum Norvagicorum perscriptum. Hic Daniam solus anno rexit; antеqvam illam sibi vindicaret Sveno, qvem alio nomine Magnum appellatum dicunt. Filius Sveno erat comitis Ulfonis, Thorgilsi Spracaleggi filii. Mater ei fuerat Astrida, filia Svenonis regis furcatæ barbæ, *& soror regis Cnuti Grandævi: Astridæ mater Sigrida* Facinorosa, *Skoglar-Tostonis filia, qvæ & Olaum Svecum peperit.*

CAP. XXII.

De Rege Daniæ.

Svenonem Ulfonidem rex Magnus Olai filius, comitis titulo decoratum, simul etiam Daniæ cum suprema potestate præfecit, tunc cum ad flumen Gautelfi convenirent: hocqve inter eos pactum Sveno jure jurando confirmavit. Qvo facto, Rex Magnus Norvegiam repetiit, Sveno vero ivit in Daniam. Ejusdem vero anni autumno Dani Svenonem Ulfonidem ad regiam dignitatem evexerunt, qvi toto sibi subjecto regno, titulum regis usurpabat. Hoc ut Magno nunciatum, proximo vere Daniam cum ingenti exercitu petiit. Mox æstate eadem Magnus in Vandalia ad Jomsburgum armis decertavit, ac victoriam adeptus, urbem cum magna regionis parte combussit. Secundum prælium cum Vandalis idem rex conseruit ad urbem Slesvicum. Locus pugnæ versus boream in monte Hlyrskogsheidi ad amnem Skotborgarau. Tempus autem in autumnum incidit, pridie ipsum festum Michaelis. Heic etjam Magnus, sanctitate & miraculis regis Olavi parentis sui nixus, victor evasit, ingentemqve paganorum multitudinem occidit. Tradunt nonnulli, Svenonem Ulfonis filium in hoc prælio Magni regis signa, nondum rupto inter

þeirra helldiz þa enn. Sva ſegir Þorleikr Fagri i flocki þeim er hann orti um Svein Ulfſſon:

Furſendir vann fiandum
fiör-ſpell i gny hiörfa,
brad feck hrafn fyrir Heida
hauk-ſtorda Bæ nordan:
rakuz Vindr, en vakar
vals ginu þeir und halſa
daudr la herr a heidi
hund-margr, fair unndan.

Þat ſama hauſt attu þeir orroſtu a öndurdum vetri, Magnus Konungr oc Sveinn Konungr Ulfſſon, vid Erri: þar hafdi Magnus Konungr ſigr, en Sveinn flydi til Jotlandz. Adra orroſtu attu þeir litlu fyrir Jol, fyrir Jotlanndi, fyrir ſunnan Ar-os: þar var hörd orr-
1044. oſta oc mikid mannfall: þar flydi Sveinn Konungr, oc let þar vij. ſkip, ſem ſegir i Sögu Magnuſſ Konungs ens Goda. Sveinn flydi fyrſt til Siolanndz, med þat lid er undan hafdi komiz, oc honum villdi fylgia: En Magnus Konungr ſigldi þegar eptir honum, oc kom at Sveini, þar ſem heitir i Höfn: la hann þar fyrir ſam ſkipum: vard þar ſkömm vidr-taka: flydi Sveinn a lannd upp: fell þar enn mart lid hans. Sveinn flydi þa til Fions, en Magnus Konungr hellt eptir honum, oc urdu þar enn maurg ſlög veitt Sveins mönnum, oc voru þat ecki ſtorar orroſtur: en þo ſegir Arnorr Jarlaſkalld i Magnus drapu:

Fiorar hefir þu randa ryrir
reyrar ſetrs a einum vetri
(all-valldr ertu ofvægr kalladr)
örva hridir frækn um giörvar.

Sveinn Konungr geck a ſkip, oc hellt auſtr fyrir Skani, oc for þar upp a lannd, oc ſva auſtr i Svia velldi, a fund Önundar Konungs Olafs ſonar, frænda ſins, oc dvaldiz þar til vars: Magnus Konungr for um varid til Noregs, oc dvaldiz þar lengi um ſumarid. En er Sveinn ſpurdi þat, for hann þegar ut i Dan-mörk, oc lagdi lannd undir ſik: oc er Magnus Konungr ſpurdi þat til Noregs, þa for hann til Danmerkr, um hauſtid, med her ſinn: oc vard fundr þeirra Sveins þarſem heitir Helganes: þar vard almikil orroſta, oc flydi Sveinn a lannd up um ſidir, oc let öll ſkipin. Sva ſegir Arnorr i Magnus drapu.

Keppinn vanntu þat er ey mun uppi
yggiar vedr, medan heimrinn byggiz;

val-

ipsos foedere, fuisse secutum: ita Thorleicus Formosus in carmine, qvod de Svenone Ulfonide pepigit:

,, Bellator hostibus moliebatur perniciem
,, inter strepitus gladiorum.
,, Ad Heidabœam, septentrionem versus,
,, dapes manu paratas accepit corvus.
,, Profligatis Vandalis, rictus & gulæ vulturum pandebantur.
,, In desertis locis mactatus jacebat exercitus,
,, canium instar numerosus,
,, paucis oppido fuga elapsis.

Eodem autumno, sub primam hyemem, conflixerunt ad insulam Arröe rex Magnus & rex Sveno Ulfonis filius, qvo prælio victoria penes Magnum extitit, Svenone in Jutiam fugiente. Alteram pugnam ad oram Jutiæ supra Arosiam, austrum versus, paulo ante Natalitiorum festum, commiserunt. Istic, postqvam summis viribus, non sine ingenti utriusqve exercitus strage, utrinqve certatum erat, Sveno in fugam conjectus est, septem navibus amissis; sicut in Magni regis Boni historia traditur. Sveno cum exercitus reliqviis, qvæ illum seqvebantur, in Sælandiam fugit, qvem Magnus navigando insecutus, paucis instructum navibus offendit, loco, qvi Hafnia dicitur. Sveno, postqvam exiguo tempore restiterat, plurimis suorum amissis, terram qvæsivit, indeqve in Fioniam se recepit. Magnus & eo insectatus, Svenonis copias multis, etiamsi haud magnis, affecit cladibus. Attamen Arnorus comitum poëta *in suo de Magno rege carmine ita infit:*

,, Qvatuor tu, scutorum corruptor,
,, una hieme, prælia commisisti:
,, qvi ut summæ potentiæ,
,, ita summæ alacritatis laude celebraris.
,, Suscitasti vegetus imbres sagittarum.

Deinde Sveno, navibus conscensis Scaniæ orientalem oram prætervectus, demum terram eligit, atqve inde in Sveciam ad Onundum regem, Olai filium, suum cognatum, iter dirigit: qvicum in proximum usqve ver commoratur. Sed & vere inseqvente rex Magnus in Norvegiam rediit, ibiqve magnam æstatis partem transegit. Qvod cum audivisset Sveno, Daniam qvam celerrime repetiit, regionemqve sibi subjecit. Ejus rei fama in Norvegiam allata, Magnus vix exspectato autumno in Daniam cum exercitu movit, Svenonemqve adortus est in loco, qvi Helganes dicitur. Ibi ingenti conserto prælio, tandem Sveno, navibus suis amissis, in terram fuga elapsus est. Ita Arnorus in carmine de rege Magno:

,, Strenuus victoriam reportasti è prælio,
,, cujus, qvoad orbis habitabitur,

 ,, dura-

val-gammr ſkok i vapna rimmu
vidr Helganes blodugt ſidri:
yngvi ſektu öll med hringum
Jarl viſſi ſik folldar miſſa
þiod-kudr en þu tokt ſidan
þeirra ſlauſt vid ſigri meira.

1046. Sveinn ſlydi þa enn til Sviþiodar, oc dvaldiz þar annan vetr: en Magnus Konungr for þa til Noregs. Haralldr Sigurdarſon kom þat var til Sviþiodar auſtan or Gardariki, magr Sveins: Haralldr atti þa Elliſif, dottur Jarizleifs Konungs or Holmgardi: modir hennar var Ingigerdr, dottir Olafs Sænſka; en hann var modur brodir Sveins Ulfſſonar. Sveinn oc Haralldr giordu felagſkap ſinn, oc drogu her ſaman, oc foru ſidan til Danmerkr: foru þar allt her-ſkilldi yfir, oc laugdu land allt unndir ſik. En er Magnus Konungr ſpurdi þat, þa for hann i moti þeim med herr or Noregi, þa for Hallkell, modur brodir þeirra Olafs ens Helga oc Haralldſ Sigurdarſonar, af Magnuſſ lidi, a fund Haralldſ Sigurdar ſonar, oc giordi ſætt a milli þeirra Magnuſſ Konungs: for þa Haralldr til Noregs, oc tok þar halft riki af Magnuſi Konungi, frænda ſinum: En Sveinn ſlydi þa enn til Sviþiodar, oc for þa aptr ut i Danmötk, þegar er Konungarnir voru nordr farnir: var hann i Danmörk um vetrin. En eptir um ſumarid for Magnus Konungr oc Haralldr til Danmerkr: Sveinn var þa a Skani. Þat hauſt vard Magnus Konungr ſott-daudr a Jotlanndi: en allr Nord-manna herr fylgdi liki hans nordr i Noreg: en Sveinn vard þa Konungr at Danmörk at frialſu, oc red þvi riki lengi ſidan: en Haralldr var þa Konungr i Noregi, oc ſtod lengi o-fridr milli þeirra, oc heriadi Haralldr Konungr hvert ſumar i Danmörk: oc eru um þat langar fra-ſagnir i Sögu Haralldſ Konungs. Þa er Haralldr hafdi verid xvi. vetr yfir Noregi, attu þeir Sveinn Konungr orroſtu mickla fyrir Hallanndi, a Lofn-firdi, fyrir Nizi: þar hafdi Haralldr Konungr ſigr, en Sveinn Konungr ſlydi. Þrim vetrum ſidarr giördu þeir ſætt ſina, Haralldr oc Sveinn, oc frid millum landanna (*). Einum vetri ſidarr fell Haralldr Konungr a Englanndi. Sveinn Konungr hafdi oc ofrid vid Stein-kel Svia Konung, oc for hann med her ſinn a hendr Sveini Konungi, oc vann ecki af lanndi hans. Sva ſegir Þorleikr Fagri:

Hætt hafa ſer þeir er ſottu
Sveins fundar til ſtundum,
litt hefir þeim at þreyta

þrimr

(*) *Charta addit* eftir þvi ſem ſegir i Æfiſögu Noregs Konunga: *ſed gloſſa videtur.*

„ *durabit memoria.*
„ *Vultur cadaveribus inhians, in prælio ad Helganesiam*
„ *cruentas motavit pennas.*
„ *Omnia ibi, Rex, simul cum annulis* (i. e. thesauris & cimeliis,)
„ *in potestatem tuam redegisti.*
„ *Comes terra se ejectum sensit.*
„ *Tibi vero contigit*
„ *naves eorum, adaucta amplius victoria, capere.*

Tum iterum in Sveciam perfugit Sveno, alteramqve ibi hyemem agit: In Norvegiam Magnus proficiscitur. Proximo vere Haraldus Sigurdi, affinis Svenonis, ex oriente, & qvidem è Russia in Sveciam venit. Iste Haraldus tunc temporis in matrimonio habuit Elisabetham, filiam Jarislefi Holmgardiæ regis. Elizabethæ vero mater erat Ingigerda, filia Olai Sveci, qvem Sveno Ulfonides avunculum agnoscebat. Sveno igitur & Haraldus societatem ineunt, exercituqve collecto, in Daniam contendentes, terram armis peragratam, suæ potestati subjiciunt. Qvo accepto rex Magnus, cum copiis Norvegorum occurrere iis haud cunctatur. Itaqve Halkelus, (is Olai Sancti, nec non Haraldi Sigurdi filii, qvi copiis Magni interfuit, avunculus erat.,) accedit Haraldum Sigurdi, eumqve inter & regem Magnum amicitiam conciliat. Posthac profectus in Norvegiam Haraldus â rege Magno, cognato suo, dimidium regni accepit. Sveno autem solitum habebat perfugium in Sveciam, regibusqve in Norvegiam tendentibus, in Daniam regressus, per hyemem illic substitit. Inseqvente æstate rex Magnus & Haraldus Daniam repetunt, Svenone tunc temporis in Scania versante. Ejusdem anni autumno rex Magnus in Jutia ex morbo decessit. Ejus funus universus Norvegorum exercitus in Norvegiam seqvebatur. Tum tandem Sveno regno libere, ac sine æmulo potitus, illud diu exinde rexit. Haraldus autem Norvegiæ imperitabat: Perdurabant tamen ad longum tempus inimicitiæ, nec destitit Haraldus omnibus fere æstatibus Daniam rapinis exercere, de qvo in illius historia fuse agitur. Demum postqvam Haraldus in Norvegia sedecim annis regnarat, rex Sveno & ille, ad Hallandiam in sinu Losnico, ante Nizæ amnis ostium, magno prælio conflixerunt, qvo Haraldus victor extitit, Sveno vero fuga sibi consuluit. Triennio post Haraldus & Sveno reconciliati pacem inter regna constituerunt. Interjecto anno, rex Haraldus in Anglia occubuit. Etiam, præter jam commemoratos, hostem expertus est Sveno Stenkillum Sveciæ regem, qvi cum exercitu ditionem ejus invadebat, qvamvis nullo suo commodo lucrove. De hoc ita Thorleicus Formosus:

„ *Rem periculosam susceperunt,*
„ *qvi Svenonem subinde bello lacessivere.*
„ *Cum illo contendentes terni Reges*

þrimr bragningum hagnad:
þo hefir hölld-vinr halldit
(hann er sniallr Konungr) allri
Jotagrund med endum
ogn-sterkr oc Danmorku.

XXIII. CAP.

Fra börnum Sveins Konungs.

Sveinn Konungr Ulfsson atti Gunnhilldi dottur Sveins Jarls Hakonar sonar: þeirra sun het Sveinn. Sveinn Konungr atti mörg frilluborn; hann atti xiiij. sonu, þa er or barn-æsku komuz. Knutr het enn ellzti. hann andadiz at lifannda fedr sinum i Rum-ferd: Annarr het Haralldr: þridi Knutr enn Helgi: iiij. Olafr: v. Sveinn: vi. Eiikr enn rodi: vij. þorgisl: viij. Sigurdr: ix. Benedikt: x. Biorn xI. Guthormr: xij. Eymundr: xiij. Nichulas: xiiij. Ulfr, er Ubbi var kalladr. þær voru dættr Sveins Konungs: Ingiridr, er sidan atti Olafr Kyrri, Noregs Konungr, Haralldsson: Aunnur var Ragnhilldr, er atti Sveinn son Askels Erlingssonar: þeirra son var Knutr a Sola. Sveinn Ulfsson var agætr Konungr oc vin-sæll, sva at eigi hefir einnhverr Dana Konunga ast-sælli verid af öllu landz folkinu: hann var lengi Konungr yfir Danmörk. þorgisl son Sveins Konungs for austr i Garda riki: þar atti hann modur ætt göfga: fæddiz hann þar upp, oc var þar til Konungs tekinn, oc kom ecki sidan til Danmerkr. Sigurdr son Sveins Konungs fell a Vindlandi.

XXIV. CAP.

Fra Sveini Konungi.

Þa er Sveinn Konungr hafdi radit fyrir Danmörku ix. vetr oc xx. sidan Magnus Konungr enn Godi anndadiz, þa var hann staddr austr a Jotlanndi: hann let þa þings kvedia, oc var þar all-fiölment: en er þingid var sett, þa taladi Sveinn Konungr oc mællti: Gud launi oc þacki ydr Daunum ast oc hlydni, er þer hafid vid mik langa stund haft: vænti ek at enn muni sva vera um þa hluti, er mer þickia micklu mali skipta. Ek hefi halldit lög forn vid ydr Dani,

en

„ *parum res ſuas promoverunt.*
„ *Etenim inclytus ille Rex*
„ *populi amore, hoſtium metu,*
„ *ſuaqve potentia inſignis,*
„ *nihilominus Jutorum terram cum finibus ſuis,*
„ *ac Daniam tenuit, ac tutatus eſt.*

CAP. XXIII.

De liberis regis Svenonis.

Uxorem rex Sveno Ulfonis filius habuit Gunnhildam, filiam comitis Svenonis Haqvini filii. Eis filius erat, itidem Sveno appellatus. Præterea Svenoni magnus erat numerus liberorum ex concubinis genitorum. Horum maſculi ſexus qvatuordecim ætatem puerilem egreſſi. Maximus natu Cnutus nomine fuit, qvi vivente adhuc patre in itinere Romam ſuſcepto diem obiit. ſecundus Haraldus: tertius Cnutus Sanctus: qvartus Olaus: qvintus Sveno: ſextus, Ericus Bonus: ſeptimus Thorgiſlus: octavus Sigvardus: nonus Benedictus: decimus Biorno: undecimus Guthormus: duodecimus Eymundus: decimus tertius Nicolaus, decimus qvartus Ulfo, cognomento Ubbo dictus. Filiæ Svenonis fuerunt Ingirida, qvam poſtea in matrimonium accepit Olaus Manſvetus Haraldi filius, rex Norvegiæ, & Ragnhilda, quæ nupſit Svenoni filio Askeli Erlingidæ, eiqve peperit Cnutum de Sola. Sveno Ulfonis inſignis & præclarus rex erat, humanitate plenus, & in conciliandis ſibi animis dexter, adeo ut nullus regum Daniæ civibus magis fuerit adamatus: Idem longo tempore Daniæ imperavit. Thorgislus ejus filius in Ruſſiam profectus eſt; qvippe cujus mater cognatos ibi ſatis illuſtres habuit. Apud Ruſſos igitur adolevit Thorgislus, atqve ad regiam ejus terræ dignitatem evectus, nunqvam in Daniam reverſus eſt. Alius Svenonis filiorum, Sigurdus nomine, in Vandalia prælio occubuit.

CAP. XXIV.

De Rege Svenone.

Cum jam Sveno Daniæ regno annis viginti novem, a morte Magni regis Boni, præfuiſſet, in orientali Jutiæ parte forte conſtitutus, conventum indicit. Iſtic ubi congregatam videt ingentem hominum multitudinem, eandem his verbis affatur: „ *Deus vobis, Dani, grates referat, compenſatumqve reddat amorem veſtrum & obſeqvium, qvod mihi longo tempore præſtitiſtis. Nec vero minorem mihi benevolentiam promitto in his, quæ reſtant, qvæqve permagnum mihi habere momentum videntur. Ego hucus-*

en nu er ſa hlutr i malinu, er ydr man ek þickia taka um-fram lögin: er þat oc ſva. Ek vil þeſſ bidia, at þer latid mik kioſa Konung eptir mik: bid ek þeſſ fyrir þa ſök, at ek a marga ſonu oc vel mannada: vil ek helldr ſkiptariki med þeim, oc konungdomi, en þeir deili med ö-fridi ſin i milli, oc verdi fyrir þat ſtyriölld i lanndinu oc herntadr. Konungr taladi eigi langt: en er hætti rædunni, þa vard godr rómr at mali hans, oc iatudu allir honum bæn ſina, fyrir ſakir vinſælda hans oc aſtar, er allt folk unni honum: var þat þa giört lögtekit oc att vapna tak ad, at Sveinn Konungr ſkylldi kioſa þann af ſonum ſinum, ſem hann villdi til Konungs, eptir ſik, i Danmörk. Þa tok Sveinn Konungr til mals, oc ſagdi ſva: Haralldr er ellztr ſona minna, ſem þer vitid, at vetra tali: en Knutr er roſknaztr i ſkapi, oc bezt at iþrottum buinn allra ſona minna: er hann nu oc reyndr at herſtiorn, oc þicki mer hann bazt til Konungs fallinn af ſonum minum: Vil ek hann til Konungs kioſa eptir mik. Var þa ſlitid þinginu.

XXV. CAP.

Andlat Sveins.

Sidan for Sveinn Konungr aptr i þorpid, þar ſem hann hafdi adr veizlu haft: þar heitir Sudda þorp. En er Konungr kom til herbergis, þa let hann bua hvilu ſina oc lagdiz i ſott, oc leiddi ſu ſott hann til bana. Lik hans var flutt til Hringſtada, oc var hann þar iardadr. Kalfr Manaſon ſegir ſva, i kvædi þvi, er hann orti um Knut enn Helga, ſon Sveins Konungs, at likit Sveins Konungs var flutt a xiij. dögum ſunnan af Jotlanndi, oc nordr til Hringſtada, med micklum pris, oc virduligri lik-fylgiu. Sveinn Konungr andadiz þridia kal. Maii: þa hafdi hann verid konungr at Danmörku ix. vetr oc xx. ſidan Magnus Konungr andadiz: en adr ij. vetr i u-fridi vid Magnus Konung. Sveinn Konungr anndadiz x. vetrum eptir fall Haralldanna a Englanndi: þa voru lidnir fra andlati Gamla Knutz, xl. vetra. Sveinn Konungr var allra manna fridaztr: hann var oc hverium manni meiri oc ſterkari: litillatr oc blid-mælltr; manna aurvaztr; ſniallr i mali; ſtiornſamr, oc rettlatr; þolinmodr; enn hrauztazti, oc enn vapn-diarfaſti. Ecki var hann ſigr-ſæll i orroſtum, ſva ſem her er adr ſagt. Sva ſegir Steinn Herdiſarſon i Nizar viſum, er hann orti um Haralld Konung Sigurdarſon:

Oſſ dugir hrafns ens hvaſſa
hungr-deyfi ſva leyfa
linnz at laſtim annan

latrs

„ qve vobiscum ita confido me vixisse, ut omnia ex legum præscripto egerim; „ neqve enim aliam gubernandi rationem tenui. Jam autem rem animo „ verso, qva videbor forte legem excedere; atqve ita se habet certissime. „ Rogo, ut potestatem mihi concedatis regem eligendi, futurum mihi in im- „ perio successorem. Ac ne petitionis causam ignoretis, hanc accipite: „ Sunt mihi multi filii, virutum exercitiis omnes assveti, ideoqve inter ipsos „ de regno arbiter esse malo, qvam ut inter se illi de eodem armis certent, „ unde ex tumultibus bellicis & rapinis in has terras magnæ calamitates in- „ gruerent.„ Orationem regis haud longam, communis omnium assensus se- qvitur; atqve ob amorem, qvo universus eum populus proseqvebatur, petiti- oni ejus mos geritur. Conclusum igitur, ac solenni armorum concussionis ritu confirmatum, ut rex Sveno illum, filiorum ex numero, qvem præoptaret, regem, sibi in regno Daniæ successurum, eligeret. Tum rex Sveno iterum sermonem exorsus: „ Haraldum, inqvit, filiorum meorum natu maximum esse „ nostis: at, qvi ingenio ceteris est præstantiore, interqve omnes, qvos genui, „ optime artibus instructus, est Cnutus; idem jam regendo exercitui assvetus. „ Hunc igitur in filiorum meorum agmine dignitati regiæ maxime idoneum ha- „ beo, dico, eaqve propter successorem meum eligo designoqve.„ His itaqve di- ctis, comitia dissolvuntur.

CAP. XXV.
De Morte Svenonis.

Deinde rex Sveno oppidum, ad qvod antea diverterat, repetiit, (Sudda- thorp nomen oppido) cumqve hospitium suum adiisset, sibi lectum sterni jussit, eiqve mox corpus imposuit, jam morbo affectum, qvi fatalis ip- si exstitit. Funus ejus Hringstadium translatum, ibidem sepelitur. Kalfus Manæ filius, in carmine, qvod de Cnuto Sancto Svenonis filio condidit, tra- dit, regium Svenonis funus, magnifice instructum, ex Jutia meridionali tre- decim diebus fuisse Hringstadium amplissimo comitatu delatum. Erat terti- us Kal. Maji, qvi vitæ Svenonis regis finem vidit. Idem a morte Magni re- gis Daniæ sceptra viginti novem annis tenuit: biennium vero, qvod hos præ- cesserat, inter continua cum rege Magno prælia consumserat. Cumqve rex Sveno obiret, a cæde Haraldorum in Anglia decem anni fluxerant, & a mor- 1076. *te Cnuti Grandævi hyemes qvadraginta. Rex Sveno omnium erat formosissi- mus, corporis statura magna, viribusqve robustis, modestus animo, placidus in loqvendo, ac affabilis, liberalissimus semper, munificentissimusqve, elo- qvio facundus, in regendo severus, justus, patiens, egregia in bellando au- dacia, etiamsi fortuna minus prospera, neqve, ut ex superioribus liqvet, un- qvam victor. Steno Herdisæ filius in carmine, qvod de prælio Nizensi & re- ge Haraldo Sigvardi filio cecinit, ita ait:*

latrs ſvegianda eigi:
alldreigi kvodduz oddum
(annad hverium manni
tál er um tiggia at mæla)
tveir full-hugar meiri.

Ok enn kvad hann:

Eigi mundi unndan
all-valldr Dana hallda,
oſſ dugir ſatt um ſnotran
ſælinga kon mæla:
ef menn fyrir ſia ſunnan
ſverd reidduz at ferdir
þeir er her-ſkildi helldu
hrafn-fædi vel tædi.

XXVI. CAP.

Haralldr til Konungs tekinn.

Eptir andlat Sveins Konungs vard þegar ſundr-þycki mikid med ſonum hans, oc dro hverr þeirra at ſer vini ſina, oc leitadi ſer fulltings. Asbiorn Eydana Jarl hafdi gipt dottur ſina Haralldi, ſyni Sveins Konungs, oc geck hann at med enu meſta kappi, at hallda Haralldi til Konungs, oc hurfu at þvi margir adrir höfdingiar med honum: drogu þeir þat fram ſem forn lög voru, at enn ellzti Konungs ſon ſkylldi Konungr vera, en hirtu ecki hvad Sveinn Konungr hafdi þar um mællt, eda hveriu þeir höfdu honum heitid. Knutr, ſon Sveins Konungs, hafdi adr verid i hernadi i auſtr-veg, oc hafdi hann lid mikit, oc godan ſkipa koſt. Sva ſegir Kalfr Manaſon i kvædi ſinu, at Knutr hafi ſigrad x. Konunga, þa er hann var i hernadi i auſtr-veg. Þeir badir brædr, Knutr oc Haralldr, ſottu nu til Jotlanndz: þviat þar ſkylldi konung taka a Vebiarga þingi: var þar all-mikit fiöl-menni: en er þingid var ſett, oc höfdingiar þar komnir, þeir ſem van var, þa taladi þar annarr at ödrum, oc birtiz þa hverr hverium fulltingdi: for ſva þann dag allan til nætr, oc var ecki þa nærr lyktinni en adr. En annan dag er menn komu a þingid, oc nockurir menn höfdu talad, þa ſtod einn madr i bændalidinu, oc taladi oc mællti ſva. Ver Jotarnir höfum lengi haft valld til þeſſ at kioſa Konung yfir Dana velldi: hofum ver Danir verid jafnan Konung-ſælir:

oc

„ *Ita qvidem nos juvat laudibus efferre*
„ *Eum qvi corvi exſtinguit famem,*
„ *ne alterum illum munificum* (regem) *culpemus.*
„ *Nunqvam* (antea) *contigit,*
„ *duos ſimili animorum robore*
„ *inter ſe armis concertaſſe.*
„ *Aliud de Rege proferre ac evulgare,*
„ *cuivis mortalium fraudi fuerit.*

Hæc idem porro:

„ *Haud ſane fugæ ſe dediſſet,*
„ *qvi ſumma rerum in Dania potitur:*
„ (*de qvo egregio beatoqve principe*
„ *vera oportet prodere,*)
„ *Si auſtralis maris accolæ* (i. e. Dani)
„ *Gladios vibrare detrectantes,*
„ *Egregio bellatori fidelem præſtitiſſent operam.*

CAP. XXVI.
Haraldus in regem eligitur.

Mortuo Svenone, inter filios ejus ingens diſcordia oboritur, adeo ut ad res ſuas fulciendas, amicos, qvoscumqve haberent, ſinguli in partes vocarent. Comes Oelandiæ Asbiornus filiam ſuam Haraldo filiorum regis Svenonis primo in matrimonium dederat. Is igitur Haraldum, ut regiam adipiſceretur dignitatem, ſtudebat ſummo conatu promovere. Idem procerum fecerunt multi, legibus antiqvis nitentes, qvæ regnum filio regis natu maximo aſſignabant, adeoqve parum penſi habentes, qvod & ea de re a Svenone pronunciatum erat, & ipſi ei promiſerant. Cnutus, alter Svenonis filius, in oriente antea militaverat, jamqve exercitui magno & inſtructæ claſſi imperabat. Refert in carmine ſuo Calfus Manæ, a Cnuto, dum in oriente bellica obibat exercitia, reges decem ſuperatos. Itaqve ambo fratres, Cnutus & Haraldus, in Jutiam ſe conferunt: ibi enim in comitiis Viburgenſibus eligendus rex erat, qvo & multitudo populi ingens confluxerat. Hic convocata concione, proceribusqve, qvotqvot expectabantur, congregatis, variæ per vices conciones habitæ: ex qvibus cuivis, cui regiorum juvenum ſuffragium oratione ſua daret, facile erat perſpicere. Inter hos ſermones dies in multam noctem conſumptus, neqve qvicqvam tamen in negotio electionis profectum: Poſtero die jam freqventi in comitiis populo, poſt auditas aliqvot virorum conciones, vir qvidam ex colonorum coetu ſurrexit, atqve hæc facere verba coepit. „ Nos Juti diu poteſtatem habuimus regem Da- „ norum eligendi, omnisqve noſter Daniæ populus fortunam in bonis conce-

oc þessi Konungr, er nu var næstum, hafdi alla hluti þa med ser, er Konung fridir. En þat er herda oc stiorn, at gæta landzins, þviat land vart er miök herskatt af vikingum: þurfum ver þann Konung, er hann se adr reyndr i bardögum, oc at stiorn hersins: oc þar med landz oc laga: * hafdi hann oc bædi til vit oc vanda at vera höfdingi. Konungr þarf at vera sniallr i mali oc stilltr vel, oc þo hardr til rettra ressinga: aurr at fe, þviat hann tekr af mörgum, skal hann af þvi mikit gefa. Þat er oc hans prydi, at hann se fridr oc fagr, oc sæmiligr i enum bezta bunadi. Taukum þann til Konungs, er þessa hluti hefir einn alla, sem nu eru uptaldir, þviat godr Konungr er oss betri oc nytsamligri en aull en fornu laug var. Knutr einn hefir þetta med ser, er nu er uptalt: hann vilium ver til Konungs taka. Var oc Sveinn Konungr sva heilradr sinu landzfolki, at þat mun öllum bazt gegna, at hafa hans forsia um slika hluti, er oss liggr sva stort vid. Þa vard at mali hans romr mikill, oc þotti öllum vel mællt. Eyfindr Bifra het einn rikr madr, vinr mikill Asbiarnar Jarls: hann stod þa up, oc taladi, þegar er hliod fekz, oc tok sva til ordz. Mikid vanda mal eigum ver her at kæra: en þo eigi at sidr helldr oss naudzyn til, at taka einhvern Konung yfir oss. Allir megu þat sia, at Knutr hefir flesta hluti til þess at vera Konungr yfir Danmörk, þo at forn lög var visi helldr til annars, oc eigi villdim ver i moti honum mæla: En þo ef ver skolum lögin briota, þa hæfir þat at allir lanndzstiornar menn oc höfdingiar gialldi þar til ia yrdi, oc verdi allir a eitt sattir. Biörn Konungs brodir er eigi her a þinginu, er einn er agætaztr af lanndzmönnum, oc mest radandi: en þetta er ecki sva litid vanda mal: oc syniz oss rad at hafa her vid alla ena beztu menn, þa er nockurs eru radandi: finnumz her a morgin, oc tökum oss þa Konung at lögum, þo at Knutr se nu likaztr til.

* lege hafi.

Sleit

„ *dendis regibus faventem ſæpius expertus eſt. Regem, qvem noviſſimum ha-„ buimus, conſtat omnibus iis dotibus, qvæ bonum principem componant, fu-„ iſſe præditum. Sunt autem illæ, virtus & adminiſtrandæ reipublicæ pru-„ dentia, cujus utriusqve in tuendis ac propugnandis finibus maximus uſus „ conſpicitur. Etenim ea terræ noſtræ eſt conditio, ut incurſibus pirata-„ rum admodum ſit expoſita, ideoqve rege indigemus, qvi armorum uſum „ edoctus, pugnisqve aſſvetus, & exercitum regere & regnum gubernare „ ſciat, neqve minus ſcientiâ legum polleat: ſitqve ad hoc præterea exerci-„ tatus, ut qvomodo deceat collocatum in tanto faſtigio principem ſe gerere, „ oſtendat. Oportet nempe regem eſſe in loqvendo diſertum, eſſe animo con-„ ſtanti, eſſe in puniendis ſceleribus ſeverum, liberalem inprimis & munifi-„ cum; qvippe cui convenit, a multis accipienti, multa viciſſim erogare. At-„ qve his qvidem, præcipuo loco æſtimandis, neqve parum ornamenti accedet, „ ſi pulcher fuerit & formoſus, ac decoro habitu ſpectabilis. Qvin ergo „ hunc regem eligamus, cui ſoli atqve uni commemoratæ omnes inſunt vir-„ tutes. Præſtat enim omni eo, qvodcumqve apud nos habetur legum pa-„ triæ antiqvarum, rex bonus; neqve in majorum placitis, qvicqvam ei uti-„ litate comparandum. Qvid multa? Ejusmodi regem habebimus in Cnu-„ to, ſolo iſtis, qvas enumeravi, virtutibus inſtructo: hunc ergo regem ſu-„ mamus. In qvo utiqve tanto minus hæſitandum puto, qvo hoc ipſo major no-„ ſtra manifeſtabitur veneratio erga Svenonem, admirabili ſapientia regem, „ & cujus ea ſemper in conſiliis dandis, qvæ civibus ſalutaria eſſent, matu-„ ritas, ea circumſpectio fuit, ut ipſius, in re tanti momenti, juſſis obtempera-„ re, maxime omnium expediat. „ Hæc ita pronuntianti colono aſſenſi ad unum omnes, eumqve optime videri verba feciſſe non ſine applauſu teſtati ſunt. Poſt hunc ſurrexit Eyfindus Bifra, vir potens, comiti Asbiorno in amiciſſimis, impetratoqve ſilentio ſic locutus eſt: „ Habet ſane multum dif-„ ficultatis negotium, in qvo verſamur; ſed tamen eo res noſtræ devenerunt, „ ut aliqvem in regem eligi omnino opus fuerit. Eqvidem nemo inficias „ ibit, qvippe qvod liqvidum eſt, omniumqve oculis patet, Cnuto plurimas „ adeſſe virtutes, qvæ in ſolium regni Danici ipſum evehant, qvantumcun-„ qve ſit impedimentum, qvod a legibus priſcis objiciatur, ad alium reſpi-„ cere nos jubentibus: Neqve ſi arbitrii noſtri res foret, qvo minus rex fi-„ eret, unqvam mihi animus eſſet, intercedere. At vero, ſi pro ſalutari ha-„ bendum, idqve ſemel e re viſum fuerit, ut leges violentur, oportet, ut „ omnes regni optimates proceresqve aſſenſum addant, tantoqve in negotio „ ſint unanimes, idqve an fieri poſſit dubito, qvamdiu his in comitiis deſi-„ deratur frater defuncti regis Biorno, vir inter clariſſimos hujus regionis „ incolas potentia & dignitate eminens, cum interim res ipſa, de qva agi-„ tur, tam ſit ardua & gravis exiſtimanda, ut optimatium, qvi aliqva ſint „ auctoritate, cunctorum conſultationem reqvirat. Ergo ſi me auditis, ite-*

Sleit ſva þinginu, oc for Knutr til ſkipa ſinna. A þeirri nott attu höfdingiar ſtefnu oc tal ſitt: var þar Haralldr Sveinſſon, oc Asbiörn Jarl magr hans, Biörn Konungs brodir, Eyvindr Bifra, oc margir adrir vinir þeirra, þeir er Haralld villdu til Konungs taka, þa taladi Eyſindr Bifra, oc mællti ſva. þing attum ver i dag vid Knut, oc for þar ſem ek ſagda ydr adr, at Knutr var miök flytiandi ſins mals: en hann hafdi o-lög at mæla; en þo kom hann ſva ſinu mali, at þat þotti öllum a-heyrilikt: bar til þeſſ ſnilld hans oc prettr, ſa er hann hafdi ſkotid i munn manni þeim er taladi i flocki varum, ſva at allr mugr geyſtiz fram med einu ſamþycki at vilia Knut hafa til Konungs: bra ek fyrir þa ſök upp þinginu: mun oſſ ecki annad duga, ef ver vilium þo kapp a leggia at Haralldr verdi Konungr, at fullna þat ſva, at Knutr ſe hvergi nær: ſkolu ver fa nu til menn at eiga þing vid Knut, þa er ſniallir ſe oc slægir, en ſumir ſkolu ſetia a medan laun-þing, oc taka Haralld þar til Konungs. þetta rad likadi öllum vel, oc var ſva giört: var Eyſindr Bifra ſenndr at þinga vid Knut, oc med honum mikid bondalid. En er þingid var ſett, þa kom Knutr þar: hann ſtod upp oc taladi langt oc ſniallt, oc beiddi bændr gefa ſer Konungs nafn, ſem adr var rætt. þa ſvarar Eyſindr Bifra: bad bændr bida þeſſ, er Jarl eda adrir höfdingiar kæmi til þingsins, þeir er þangat var van, oc þickir oſſ þat meiri ſæmd, at ſem fleſtir ſe vid, þeir er nockurs ſe radandi: en ver væntum at her mæli engi i moti. Sidan veik hann ſva rædunni, at hann taldi up mann-koſti Knutz: taladi þar um langt oc ſniallt, at hann væri bazt til Konungs fallinn af öllum ſonum Sveins Konungs: fann hann til þeſſ mörg ſönn ord: hann taladi lengi, en adr hann hafdi lokid tölunni, þa komu menn a þingid, oc ſögdu þau tidendi, at Haralldr Sveinſſon var til Konungs tekinn yfir öllu Dana velldi. En er Knutr heyrdi þetta ſagt, ſtod hann þegar up, oc geck i brott, oc til ſkipa ſinna: enn er hann kom a ſkipin, þa undruduz allir menn, þeir er hann ſa, hvilikr hann var: Sumir hugdu at hann væri ſarr ordinn, þviat andlit hans var ſva rautt ſem blod: hann ſettiz nidr a haſætis kiſtuna, oc mællti ecki: engi þordi at krefia hann mals, oc var ſva langa ſtund dags. Eyſindr Bifra for þegar a fund Haralldz oc Asbiarnar Jarls, oc annarra þeirra höfdingia, er ad þeſſu radi höfdu horfid: hann ſagdi þeſſi tidendi, oc

„ *rum hic craſtina luce conveniamus, regemqve ex præſcripto legum nobis*
„ *eligamus, qvæ ſane ut Cnuto ſors obtingat, plurimum in præſens ſpei oſtentatum.* Ita concione dimiſſa, Cnutus naves ſuas repetit. Verum proceres nocte ea congreſſi, inter ſe deliberationem inſtituunt. Huic aderant Haraldus Svenonis filius, affinis ejus comes Asbiornus, Biorno regis frater, Eyſindus Bifra, multiqve alii eorundem familiares & amici, qvi Haraldo omnes dediti, regnum ei unice deſtinabant. Tunc Eyſindus Bifra ita fertur locutus: „ *Hodie cum Cnuto colloqvium nobis fuit, qvod eventum, qvem vo-*
„ *bis prædixi, habuit, cum Cnutus cauſam ſuam, etiamſi præſidio legum de-*
„ *ſtitutam, tamen acriter magnoqve conatu promoveret. Eqvidem ita is*
„ *ſermonem inſtituit, ut honeſtum videretur juſtumqve omnibus ipſius poſtu-*
„ *latum: qvippe qvod curavit verſute & ſubtiliter eoqve ad dolum compoſito*
„ *ſermone explicari; qvem ab ipſo ſuggeſtum, ex oratoris iſtius ore in coetu*
„ *publico audiviſtis: qvo etiam tota concio excitata, jam in eo erat, ut una-*
„ *nimi conſenſu Cnutum protinus regem creaſſet, niſi conventus mea fuiſſet*
„ *interceſſione diſſolutus. Igitur ſi Haraldum fieri regem optamus, eaqve*
„ *nobis ſtat ſententia, haud ullo modo, me judice, res ſuccedet, niſi Cnuto*
„ *abſente. Qvapropter viros facundos & callidos conſtituamus, qvi Cnutum*
„ *colloqvio detineant, dum interim alii id agant, ut ſecreto conventus ha-*
„ *beatur, in qvo rex renuncietur Haraldus.* „ Placuit omnibus conſilium. Ac Eyſindus Bifra, cum haud parva colonorum multitudine delegatur, ad illud cum Cnuto colloqvium inſtruendum. Convocata concione, adeſt Cnutus, ſurgensqve longa & diſerta oratione poſcit, ut coloni jam dictorum memores, nomine regio ſeſe ornent. Hunc interpellat Eyſindus Bifra, hæc loqvendo: „ *Exſpectate, vos obſecro, coloni, donec comitem, ceterosqve proce-*
„ *res, qvos ſperamus brevi affore, præſentes videamus: tanto enim honori-*
„ *ficentius videbitur, qvanto freqventiores optimates huic negotio interfue-*
„ *rint, præſertim cum perſvaſum ſit nobis, neminem electioni fore refraga-*
„ *turum.* „ Deinde converſa ad Cnutum oratione, virtutes ipſius ſummis laudibus efferebat, eumqve præ omnibus Svenonis filiis regio muneri obeundo maxime idoneum eſſe multis rationibus demonſtrabat, verbis ad hoc uſus eo plus ponderis habentibus, qvod plurimum ex vero traherent. Tamdiu vero ſermonem protraxit Eyſindus, ut, anteqvam finem impoſuiſſet, adeſſent, qvi nuntiarent, Haraldum Svenonis filium totius Daniæ regem conſtitutum eſſe. Qvod ſimul ac Cnutus audivit, ſurrexit, digreſſusqve, naves ſuas petiit. Cumqve naves ingrederetur, omnes oris ejus aſpectu obſtupeꝛunt; erant etiam, qvi vulneratum eſſe exiſtimabant, adeo enim facies ipſius inflammata colorem ſangvinis referebat. Ipſe in armamentario capta ſede, conticuit, nec qvisqvam eum auſus alloqvi: qvod ad multas diei horas duravit. Verum Eyſindus Bifra Haraldum & Asbiornum comitem ceterosqve proceres, qvos conſilii participes habuerat, adit ſine mora, & qvomodo ſe geſſe-

oc let þat fylgia, at hann hugdi þat, at vis van mun o-fridar i lanndi. þeir segia, at sva buid mun nu standa hliota, at þeir munu þann Konung til lanndz hallda, er þeir hafa þa tekid yfir sik. Eysindr mællti: þat mundi þa vera mitt rad, at bioda Knuti sættir: þviat ydr man hann verda hardr i horn at taka, ef hann snytz til o-fridar. Jarl svarar: kunnu ver nu storleika Knutz, at ekki mun hann gæla mega med Sættar bodum. Eysindr svarar: Knutr er grimmr oc skapstorr, vitr oc gudhræddr: mun hann sia alla meinbugi, þa sem a eru þessu mali, at beriaz vid brodur sinn: en ecki mun þurfa af at draga nema Konungdominn einn, ef hlyda skal. Jarl svarar: hvad villtu bioda lata. Eysindr mællti: biodi þer honum Jarlдom, oc þar med Siolönd: oc þar med svardaga af öllum Dana höfdingium, at Knutr skal Konungr vera, ef hann lifir lengr en Haralldr brodir hans, hverir adrir sem þa eru a lifi sona Sveins Konungs. Jarl svarar: ecki mun Knutr annad vilia, en vera Konungr. Eysindr svarar: eigi ma þat vita fyrr en reynt er: mun ek enn fara til Knutz med þessum bodum, ef þer vilid. þessu jatudu þeir allir: ferr Eysindr a fund Knutz, oc fann hann a skipi, oc geck fyrir hann, oc bar up þetta eyrendi. Knutr svaradi seint: en er hann tok til mals, segir hann sva: þat mun ek af-kiosa, er ydr mun þickia litil-mannligra, at ek mun þann kost uptaka at leifa Konungs nafn, helldr en beriaz vid Haralld brodur minn til rikis, oc skipti gud var i milli. Sidan tok Eysindr sætt þessa af Knuti, oc kysti a hönd honum, oc tok orlof af honum at flytia sva buid til Harallds Konungs: geck su sætt saman oc var eidum bundin.

XXVII. CAP.

And-lat Harallds Konungs.

Haralldr Konungr Sveinsson tok konungdom i Danmörk eptir födur sinn, sem nu var sagt. Var þa Knutr Sveinsson Jarl yfir
1076. Siolöndum, oc helltz vel sætt þeirra, oc frændsemi, medan þeir lifdu. En adrir synir Sveins Konungs, þeir sem ecki riki haufdu til for-rada, undu illa sinum hlut, oc var o-roi mikill i landinu, sva sem her segir:

Stundu ver til sticka,
styrr vex i Danmörku,
er-at Sveins synir sattir

at

rit Cnutus, edocet, addens, non posse non ab eo bellum aliqvod imminere. Responderunt illi, certum sibi esse peracta neutiqvam retractare, regemqve, qvem sibi præfecerant, velle omnibus viribus adjuvare. Illis iterum Eysindus: „ Meum vero consilium, ait, huc spectat, ut reconciliare vobis Cnutum studeatis, utpote cui resistere, arma semel capessenti, omnino vobis arduum futurum: Adhæc comes: Eqvidem magnus nobis perspectus Cnuti animus est, talis „ qvidem, ut oblatâ etiam reconciliatione, minime passurus sit placari. Eysindus porro: Cnutus, inqvit, animo est qvidem elato parumqve miti, at nec „ minus tamen sapienti & pio: unde & qvanta mala inseqvantur, si cum „ fratre bellum suscipiat, nemo ipso melius perspiciet. Ego autem esse omnia „ offerenda arbitror, regis tantum titulo excepto, si pacem retinere velimus. Qværit ab illo comes, qvid ergo offerendum censeat. Cui Eysindus: „ Proponite ei, inqvit, comitis dignitatem, eiqve adjunctam Sælandiam, „ præterea omnium Daniæ procerum fidem, solenni jurejurando obstringendam, fore ut Cnutus, si Haraldo fratri supervixerit, rex Daniæ declaretur, nulla ceterorum, qvi tum fuerint, filiorum Svenonis habita ratione. Cumqve objectaret comes, Cnutum, haud ullo alio, qvam regis nomine „ placandum fore, subjicit Eysindus; Hoc vero, anteqvam exploratum sit, „ sciri neqvit; ego interim ad Cnutum cum his mandatis, si ita vobis allubescat, me conferam.„ Consentientibus illis, adit Cnutum, qvem in navi offendit, dictasqve ei conditiones offert. Ille, post aliqvod silentium, his „ tandem verbis respondet: Accipiam itaqve conditionem, etiamsi eadem forte vobis parum generosa videbitur: Carebo nomine regis potius, qvam ut „ unqvam de illo ad infesta contra fratrem meum Haraldum arma veniam. „ Ceterum rem totam committam Deo; is aliqvando inter nos arbiter futurus.„ Hinc cum Cnuto Eysindus fœdus paciscitur, atqve ita, osculo manui ejus impresso, abeundiqve licentia impetrata, ad Haraldum revertit, rem peractam nuntiaturus. Postea fœdus ab utraqve parte sancitum, ac jurisjurandi solennibus confirmatum est.

CAP. XXVII.
De morte Regis Haraldi.

Eo itaqve modo, ut jam dictum, Haraldus Svenonis filius patri in regno Daniæ successit: Cnutus vero Sælandiæ, comitis titulo adjecto, præfectus est. Atqve illi inter se fœdus suum sangvinisqve vinculum religiose per totum vitæ tempus servavere. Ceteri vero filii Svenonis, regionibus, qvibus 1076.
præessent, destituti, ægre suis rebus acqviescebant, ideoqve bella identidem intestina inceptabant, testantibus, qvæ seqvuntur:

„ Properemus ad Regem,
„ Crescit bellum in Dania.
„ Svenonis filii, post obitum parentis,

O „ *dis-*

át ſinn faudur daudan:
Haralldr ſkal vigi veria
(þa er vel tamidr ſtiki)
iörd af ærnu magni
fyrir xi. brædrum.

Haralldr Konungr var madr kyr-latr oc ſa-latr, u-malugr, ecki taladr a þingum, urdu adrir miök at hafa tungu fyrir honum: var hann oc litill atkvæda madr, um þa hluti er þurfa þotti: engi var hann her-madr: kyrr oc hægr vid folkid, oc ſtod litil ſtiorn af honum: for nær sliku hverr fram i landinu ſem villdi: Danir kölludu hann Haralld Hein. En er hann hafdi Konungr verit iiij. vetr, þa vard hann ſott-daudr.

XXVIII. CAP.

Up-haf Sögu Knutz Konungs.

Eptir andlat Harallds Konungs attu Danir Vebiarga þing: þar ſkolu þeir jafnan Konung taka a þvi þingi: þa var þar Knutr Sveinſſon til Konungs tekinn, at radi allra lanndzmanna, yfir allt Danavelldi. Hann giördiz bratt rikr madr oc ſtiornſamr: hann mællti þa a einu þingi, er hann taladi: þer Danir launodud ſva Haralldi Konungi brædr minum godvilia, þann er hann hafdi til ydar, er hann var ydr hellzt-i hægr oc linr, at þer kölludud Konung ydarn Haralld Hein, oc giördud þat fyrir ſpotz-ſakir vid hann, en nu ſkal ek þat launa ydr, er þer kunnud þat illa at þiggia, at nu ſkal ek vera ydr frekr hard-ſteinn. Knutr Konungr reid yfir lanndit, en er hann kom i Halland, atti hann þar þing, oc talar ſialfr a þinginu, bad bændr lia ſer reid-ſkiota, er hann for þar yfir lannd, þviat hann hafdi med ſkipum þar komid. Einn bondi, ſa er þar var ſniallaztr, oc hellzt var fyrir þeim bændunum, ſtod up, oc taladi, ſegir at bændr vilia ecki hafa frekari a-lög af Konungi, en forn laug ſtodu til: en er hann hafdi talad, giördu bændr mikinn róm at mali hans, oc ſogdu at þeir villdi ſva vera lata, at taka engi a-laug eda fiölſkylldi af Konungi. En er þeſſi kurr ſtadnadi, mællti Konungr: þer hafid vel giört bændr, er þer ſegid, at ek ſkal af ydr hafa lög, en eigi framarr: veit ek oc þat at þer munud mik lata na lögum af ydr: vil ek þa hafa i frelſi eign mina fyrir ydr: oc þvi jatudu allir. Þa mælti Konungr; þa vil ek banna ydr Hallanndz förum, at neyta eda beita mörk þa er ek a, oc her liggr nær ydr, bædi ſvinum ydrum oc audrum ſmala: en bændr urdu o-kveda vid þetta, oc ſa at þat dugdi þeim eigi, þviat Konungs mörk liggr fyrir ofan allt Halland,

en

„ discordia agitantur.
„ Armis & ingenti robore Haraldus
„ regionem contra undecim fratres defendet;
„ suarum tum demum virium
„ fecisse periculum dicendus.

Erat rex Haraldus qvieti vir animi & modesti, ad hæc taciturnus, verborumqve in comitiis parcus, adeo ut ad ea, qvæ exponenda vellet, sæpius alieno ore indigeret; ad res gerendas parum promptus, bello segnis, mansuetus pace, atqve erga cives mollior: unde haud multum eum extimescebant, ac in provinciis unusqvisqve ferme pro libitu vixit. Dani eum Haraldum Cotem *appellarunt. Is post qvatuor annorum regnum ex morbo vitam finiit.*

CAP. XXVIII.

Initium historiæ Cnuti, regis jam facti.

Mortuo rege Haraldo, Dani comitia Viburgi celebrarunt, qvo in loco regem nominandi illis mos est. Ibi Cnutus omnium regni incolarum suffragiis totius Daniæ rex creatur. Is confestim potens & severus in regnando extitit. Qvod & ipsum aliqvando, in comitiis verba faciens, decla- 1080.
„ ravit, sic locutus: Vos Dani, regi Haraldo meo fratri, benevolentiam „ illam, qvam vobis, nimium profecto indulgens, is exhibuit, ita qvidem „ compensavistis, ut dominum regemqve vestrum non veriti sitis per ludibri- „ um Haraldum Cotem nominare. Meum jam erit, opprobrium, qvo injuste „ illius benignitatem excepistis, reponere, ac futurus sum vobis cote aliqvanto durior. Accidit deinde, cum regionem eqves peragraret, atqve in Hallandiam veniret, ut conventu ibi indicto, ipse verba faciens, a colonis eqvos ad regionem obeundam posceret, navibus eo advectus. Tunc colonus qvidam surgit, ceteros inter disertissimus, & qvasi terræ ejus rusticorum princeps, qvi sese ac socios suos nulla a rege onera & irrogationes perpeti velle, ultra qvod præciperent leges veteres, palam dictitat. Cumqve ille finem faceret, ceteri rustici sermonem ejus admodum approbarunt, affirmantes diserte, se nulla onera, nec qvicqvam irrogationis, a rege imperatum, ad- „ missuros. Tunc sedato paululum tumultu rex infit: Perbene vos, coloni, „ causam illam vestram egistis, admonendo me oportere vobiscum lege agere, „ neqve ultra earum tenorem cives gravare. Adeoqve hinc colligo, vos ne- „ qve aliter, sed eadem ratione mecum acturos, concessurosqve ex lege esse, „ ut possessione mea libere utar fruarqve. Omnibus hoc affirmantibus, rex „ porro: Itaqve ego vobis Hallandis interdico usu pascuorum & sylvæ meæ „ prope vos sitæ, noloqve porcos vestros aliasqve pecudes ibi pasci. Poenituit verborum colonos; videbant enim hoc sibi maximum incommodum fore: Sylva enim regia totam, qva in longitudinem patet, Hallandiam præcingit;

 Hal-

en Hallendingar hafamikinn fiolda, ſvina er, ganga i bæki-ſкogi eda eiki-ſкogi: taka bændr þat rada, at jata Konungi þat allt er hann beiddi: var þat þa feſt med þeim, þviat bændr mattu eigi vid hitt bua. I þann tima var drepinn bondin, ſa er meſt hafdi ſvarad Konungi. Sidan for Knutr Konungr um Halland, eptir þvi ſem hann hafdi ætlat, oc dæmdi mönnum lanndz lög. En er Knutr Konungr kom ut a Skani, atti hann þar fiöl-ment þing, oc þotti bændum hann ærid frekr i kvödunum: æpa þeir nu allir ſenn, oc neittu þvi er Konungr beiddi, oc kvaduz alldregi villdu giöra Konungi ſкatt eda ſкylld framarr en laug voru til. En er hliod fekz, þa mællti Konungr: þer Skanungar erud menn vitrir: ſkil ek þat a til-tæki ydru, at þer hafid ſpurt hverſu farid hafa ſкipti var Hallendinga: hafi þer fundid micklu ſniallara rad en þeir, at neita þvi er ek vil kraft hafa, þviat her ma ek nu ongum einum gefa ſök a ſvörunum: en þes vil ek enn beida ydr, ſem fyrr krafda ek Hallendinga, at þer latid mik i frelſi fyrir ydr rada eign minni: þvi jatudu allir. Þa mællti Konungr: þat munu allir menn vita, hvad her er Konungs eign i Danmörku eda bonda eign, at Konungr a audn alla her i lanndi, eda hvart iati þer þvi; allir iatudu þvi, at ſva var þat * kallat, hann ætti audn, ſioinn oc adrar o-bygdir. Þa mællti Konungr: þa köllumz ek eiga Eyrarſund; vil ek þa banna ydr allt fiſкifang þat ſem þer hafid þar adr haft, ef þer vilid þo ecki giöra fyrir min ord, oc ſtoda ecki mina naudſyn. En er Konungr hafdi þetta mællt, þa ſa allir at þetta matti þeim eigi hlyda, at bændr ſкylldi miſſa ſild-fiskiar i Eyraſundi: var þat rads tekit ſem Hallendingar hofdu giört, at lata Konung einn rada, ok iata þvi öllu er hann beiddi: oc lauk ſva þvi þingi.

XXIX. CAP.
Fra Knuti Konungi.

Knutr Konungr var rikr madr oc reſſingaſamr, oc hegndi miök oſidu: en medan Haralldr Hein hafdi verid Konungr yfir Danmörk, þa höfdu litt verid hegndir oſidir, bædi innanlandz mönnum ok vikingum, er þa heriudu i Danmörk, bædi Kurir oc adrir auſtr vegs menn. En er Knutr var Konungr ordinn, þa vardi hann lanndit hardfengliga, oc rak alla heidingia af lanndi ſinu, oc iafnvel af ſionum, ſva at engi þordi uti at liggia fyrir Danmörk, fyrir ſakir rikis

* kalladi hann audn *membr.*

Hallandiqve ingentem porcorum vim alunt, qvi in ſylva iſta, fagis & qvercubus abundante, ſaginantur; Ideoqve coloni, hoc argumento compulſi, conceſſerunt regi, qvæ poſtularat, firma etiam ſponſione ac ſtipulatione adjecta; aliter enim ingens damnum feciſſent. Eodemqve tempore idem ille colonus, qvi regi inſolentius reſponderat, occiſus eſt. Inde Cnutus rex Hallandiam, prout deſtinaverat, circumivit, civibusqve jus dixit. Hinc in Scaniam progreſſus, conventum ejus terræ freqventem admodum convocavit. Cumqve & iſtic plus juſto exigere ruſticis videretur, omnes ſimul, elatâ qvaſi ex pacto voce, negarunt ſe unqvam petitioni illius morem geſturos, proterve denuntiantes, ſibi conſtitutum eſſe, nulla tributa pendere, nulla cenſuum onera ſubire, niſi qvæ lege eſſent impoſita. Rex ad ea, dato ſilentio profatur: „Vos Scani, inſigni, ut apparet, prudentia viri eſtis. Eqvidem videor mi„hi ex factis veſtris colligere, perveniſſe ad notitiam veſtram, qvomodo nos „inter & Hallandos res acta ſit, ideoqve multo elegantius conſilium ini„viſtis, qvam illi, qvo videlicet petitioni meæ nullum omnino locum daretis. „Saltem hic haud unum aliqvem poſſum, qvemadmodum iſtic, de obſeqvio „mihi denegato aut de obmurmuratione accuſare. Ego vero conſtitui, idem „a vobis ac ab Hallandis petere„ nempe ut viciſſim in meam poſſeſſionem „mihi integrum liberumqve jus permittatis. Permittentibus cunctis, rex „ait: omnibus, ut credo, cognitum, qvantum ad regem in hoc Daniæ re„gno pertineat, qvantumqve etiam colonis juris ſit, videlicet regem omnia per „regionem qvæ inculta ſint, poſſidere: nonne ita eſſe affirmatis? Omnes affirmando dixerunt, deſerta qvæcunqve, mare & alia non habitata loca, a rege poſſideri. Tum rex iterum: Ergo fretum Oereſund mihi vindico, in qvo ab om„ni piſcatura, qvam ibi usqve uſurpaſtis, abſtinere vos poſthac jubeo, qvo„niam petitioni meæ obtemperare ac ſuccurrere neceſſitati recuſaſtis; Hæc pronuntiante rege, ſentiebant omnes permagnum ſibi imminere damnum, ſi in freto Oereſund ab halecum captura arcerentur, ideoqve idem ipſis conſilium atqve Hallandis ſalutare viſum, qvod inirent, nempe ut unice arbitrio regis ſeſe permitterent, poſtulatisqve ejus & mandatis ſine exceptione cederent. Atqve hoc modo conventus iſte diſſolutus.

CAP. XXIX.

De Rege Cnuto.

Celebratur Cnutus ut præpollens admodum & ſeverus, inqve caſtigandis improbis durior. Verum tempore, qvo Haraldus Cos regno præfuit, poenæ non niſi exiguæ ſumebantur de maleficis, ſive incolæ eſſent, ſeu piratæ; interqve hos Curlandi atqve alii partium orientalium homines, per iſta tempora Daniam infeſtantes. Cnutus autem ad ſummam poteſtatem evectus, terras ſtrenue defendebat, omnesqve paganos a regni ſui finibus abegit, qvin etiam mare ab iisdem purgatum reddidit; adeo ut piraticam ad Da-

rikis Knutz Konungs oc herſkapar. Hann let drepa hvern þann mann, er ſannr vard at þiofnadi, ſva * oc manndraps menn oc herndar menn alla let hann drepa innlendzka oc utlendzka. Sa er mann hamladi at henndi eda fæti eda veitti aunnur meizl, hina ſömu reſſing tok hann a ſialfum ſer. Sva mikil ogn ſtod af honum oc riki hans oc reſſingum, at engi þordi at ſtela i hans riki. Sva mællti Knutr Konungr um þann mann, er hann geck fra herbergi ſinu las-lauſu, eda ſa er heſt ætti fiötr-lauſan, oc væri ſtolid, oc hvers ſem hann miſti, ſva at ſtolid væri fra honum, at ſa ſkylldi til hans ganga, oc taka þar fe ſitt; en hann letz villdu reſſa þeim er ſtolid hefdi. Jafnan dom let hann hafa rikan ſem o-rikan: en þat vard miök aufunſamt af þeim mönnum, er letu göfga frændr ſina at domi Konungs, þo at ſakar væri ſannar til.

XXX. CAP.

Kvan-fang Knutz.

Knutr Konungr ſetti Eirik brodur ſinn Jarl yfir Sio-löndum, oc gaf honum þat riki ſem hann hafdi haft adr hann væri Konungr, oc for þeirra frændſemi vel medan þeir lifdu badir. Benedikt brodir hans var jafnan innan-hirdar med honum: hann var enn fridazti madr, oc hverium manni meiri oc ſterkari. Olafr Sveinſſon var jafn-alldri Knutz konungs brodur ſins: hann var litill madr oc liotr, o-fridr ſynum, ord-ſniallr, hermadr mikill. Knutr Konungr atti Edlu dottur Balldvina Hertuga yr Flæmingia lanndi. Karl het ſon þeirra. Þorgisl Sveinſſon var til Konungs tekinn auſtr i Gardariki, ſem fyrr var ritad, oc kalladi ecki til rikis i Danmörk.

XXXI. CAP.

Fra Knuti Konungi oc preſti.

Þat var eitt ſinn, er Knutr Konungr for at veizlum um lanndit, med hird ſinni, at hann kom til einnar virduligrar veizlu. Ed fyrſta kvelld veizlunnar ſa Konungr þar eina fagra konu, ſva at hann þottiz varla ſed hafa fridari konu: hana atti einn rikr Preſtr. Konungr leit aſtar augum til hennar: hann kalladi til ſin rædis mann ſinn, oc ſagdi, at hann ſkal ſva umbua, at þeſſi kona ſe i hvilu hia Konunginum um nottina: en engi madr þordi at mæla i moti Konungs vilia,

* ſva at manndrapsmenn *membr.*

niæ oras facere nemo auderet, potentia Cnuti regis & virtute bellica omnibus terrorem incutiente. Convictos de furti crimine capitali supplicio affecit cunctos; homicidas & prædones, nullo inqvilinorum alienigenarumve discrimine, morte multavit. Si qvis vel manu vel pede aliqvem mutilasset, aut alio corporis damno affecisset, similem in suo corpore subire pœnam cogebatur. Usqve adeo vero universi potentiam, justitiam & severitatem in animadvertendo regiam timuerunt, ut nemo per ipsius regnum furtum facere sustineret. Providentiam, qva in his usus, vel solum hoc edictum declaraverit, qvo promulgavit, ut si qvis ex hospitio non occluso res suas desideraret, furto ablatas, vel si eqvum, qvem forte non constrictum reliqvisset, a fure abactum qvereretur, aut qvocunqve modo se expilatum esse probaret, ad regem accederet, tantundem accepturus, qvantum furto amisisset, arbitrio ac potestate in furem animadvertendi sibi, utpote supremo vindici, reservata. Ceterum in puniendo nullo ipsi in discrimine divites erant ac pauperes, in omnes enim eadem asperitate utebatur. Qvod magnum ipsi odium conciliavit apud eos, in qvorum cognatos capitali regis judicio exempla, etiamsi justis de causis, edebantur.

CAP. XXX.
De Conjugio Cnuti.

Rex Cnutus fratrem suum Ericum Selandiæ comitem constituit, adeoqve regioni, qvam ipse nondum rex factus obtinuerat, præfecit: Inter hos vero summa non animorum minus, qvam sangvinis conjunctio, per totam vitam inviolata fuit. Alter fratrum Benedictus in aula regis assiduus vivebat: hic forma, majestate corporis, & robore qvoscunqve antecelluit. Olafus itidem Svenonis filius Cnuto fratri erat annis propemodum æqvalis, corpore vir exiguo & deformi, facie invenusta, facundia vero & militari virtute multis præstabat. Habuit in matrimonio Cnutus Edlam, natam parente Baldvino Flandriæ duce: ex hac filium suscepit, Carolum nuncupatum. Thorgislus Svenonis filius in Russia rex factus, ut antea dictum, nullam unqvam de regno Daniæ cogitationem suscepit.

CAP. XXXI.
De rege Cnuto & sacerdote qvodam.

Aliqvando cum rex Cnutus aulicis suis stipatus, regnum circumiret, accidit, ut istorum qvoddam, opipare instructum, adiret. Hic prima statim vespera fœminam qvandam conspicit, usqve adeo speciosam, ut nullam meliore forma se unqvam vidisse existimaret: Erat illa sacerdoti cuidam diviti magnificoqve nupta. Rex amore illius incensus atqve ardens, procuratorem suum accivit, cui id efficere, ut mulier seqvente nocte eodem cum rege lecto uteretur, mandavit. Cumqve nemo auderet contradicere, multo minus volun-

vilia, en þo halfu ſidr giöra: oc var ſva giört ſem Konungrinn mællti fyrir. Ok um kvelldit var Konungi fylkt til hvilu, oc i þeſſi ſaumu hvilu var þeſſi kona fyrir, ſem adr var fra ſagt: oc er Konungr var af-klæddr, ſtigr hann up i hviluna, oc er menn höfdu þionad honum, eptir þvi ſem ſidr er til, þa gengu menn i brott, en Konungr legz nidr oc ſnytz at henni blidliga. Hon mællti til hans: Gud gæti ydarr Herra nu oc jafnan! giörid nu ſva vel ſem ydarri tign byriar: vinn mer eigi grand en ſialfum ydr mein: oc ſva vel oc fagrliga ſem þer ſidit adra menn i þeſſu lanndi, þa ſamir ydr þo at hafa fegrſta ſidu: þviat þer erud fyrir öllum mönnum her i lanndi. Nu vil ek þeſſ bidia, þa er þer komid fyrir þann Konung er allz a valld, at hann ſe ydr ſva bæna, ſem nu eru þer mer. Konungr ſvarar: veita vil ek þer þina bæn, þviat ek ſe at þu bidr þeſſa af micklum godvilia, oc ſva ſamir betr, ſem þu vill vera lata: oc þo er nu at ſinni nockvod at halldi at giöra eigi ſinn vilia: en þo er þetta lytid hia ſtorum hlutum, er varr herra Jheſus Kriſtus hefir þolt fyrir varar ſakir. Sidan ſtod Konungr upp, oc geck i braut, oc fek ſer adra hvilu um nottina. Um morgininn kalladi Konungr til ſin Preſt þann, er þeſſa konu atti, oc mællti til hans: þu att goda konu Preſtr, oc giör vel til hennar, þviat ek hygg at fár finniz i varu lanndi iafn-röſkvar. Konungr tok þa af henndi ſer fingrgull, þat var bædi mikid oc gott: þa mællti Konungr: þetta fingrgull ſkalltu þiggia i vin-giof af mer þreſtr, oc þar med vinattu mina, oc ef nockurir menn giöra þer rangt eda oſkil, kom þa til min, oc ſkal ek þat retta. þreſtr þackadi Konungi med fögrum ordum giof ſina oc vinattu mal, er fylgdi. Konungr bad hann ecki ſva miök þacka þetta: þviat ek villda i fyrſtu ovingaz vid þik; en nu vil ek bidia, at þu fyrir-gefir mer þat. Preſtr letz þat giarna vilia. Sidan ſkiliaz þeir Preſtr oc Konungr var Knutr Konungr at veizlu þeirri um hrid, en for þadan til annarrar veizlu.

XXXII. CAP.

Fra lanndz ſkipan i Danmork.

Danmörk er mikit riki, oc liggr miok ſundr-lauſt. Enn meſti hlutr Danarikis heitir Jotland: þat liggr ed ſydra med hafi: þar er enn ſynzti Byſkups ſtoll i Danmork i Heidabæ, oc er i þeim byſkups domi halft fiorda hundrad kirkna, enn xxx. ſkipa oc c. Konungi til ut-bods. Annarr Byſkups ſtoll er a Jotlanndi, þar er heitir i Ripum: i þvi byſkups riki eru iiij. kirkiur oc xx. ens fiorda hundrads,

en

tati regiæ adversum qvid facere, etiam tum, qvod desiderarat, effectum. Sub noctem ad cubile, in qvo fœmina jam erat, rex deducitur, hocqve ille positis vestibus conscendit, discedentibus, postqvam regi ex more ministrarant, famulis. Rex, corpore lecto imposito, blanditiis fœminam aggreditur. Qvas vero ea excipit his verbis: „ Deus te, rex, cum in præsentia, tum alias semper regat: tu modo, ut majestatem tuam decet, age, noliqve ista in me contumelia majorem tibi ipsi noxam, majus dedecus imponere. Nam qvo arctius ad bonos & honestos mores alios in his terris adstringis, eo magis te ipsum decet ornatissimos mores colere; qvemadmodum & ceteros omnes civium dignitate & honoris amplitudine antecellis. Et, qvo mea nunc plus ponderis habeat obtestatio, hoc vovebo, hoc tibi a Deo precabor, ut, cum aliqvando coram rege illo consliteris, cui suprema in humani generis universitatem potestas est, tam faciles ille aures precibus tuis advertat, qvam tu meis nunc præbueris. Respondit rex: petitioni tuæ, mulier, morem geram, qvum eam videam ex ingenti animi virtute ac integritate profectam, & qvum id facere, qvod tu svades, deceat maxime. Ac qvamvis aliqvantum jam difficile sit atqve incommodum, animum frenare & lubidinem non explere, exiguum tamen est, si cum iis conferatur, qvæ redemtor humani generis Dominus noster Jesus Christus pro nobis pertulit. „ Deinde e lecto se proripiens rex abit, ac per noctem in alio cubili corpus curat. Seqventis diei mane sacerdotem, fœminæ maritum, arcessitum, sic alloqvitur: „ Bonam tu, sacerdos, uxorem habes, ideoqve eam honeste habe; etenim perpaucas arbitror in regione nostra æqve pudicas inveniri. Tum & annulum aureum magnum & pretiosum de manu sua detraxit, his dictis: En aureum tibi annulum, qvem in amicitiæ signum, & cum munere pariter, gratiam benevolentiamqve meam accipies: porro, si qvis forte aliqvando injurias vel molestias tibi inferat, me accede, qvem contra vim omnem habebis defensorem. „ Sacerdos multis verbis, cum pro dono oblato tum pro benevolentia promissa, gratias regi agit. Rex contra, ut ab effusa gratiarum actione abstineret, monuit. Nam (inqvit) destinatum erat in animo meo, „ injuriam tibi facere, qvod ut mihi condones, jam rogo. Facturum se libenter sacerdos reposuit. Hisqve inter ipsos actis discesserunt. Et Cnutus, postqvam aliqvanto tempore convivio illi interfuisset, ad aliud est profectus.

CAP. XXXII.

De divisione terrarum regni Daniæ.

Regnum Daniæ amplum est ac, divisis mari interfluente partibus, dispersum. Potissima ejus pars Jutia dicitur; hæc meridiem versus oceano alluitur. Episcopalis sedes in Dania maxime australis, Slesvici est; in illo episcopatu templa sunt trecenta qvinqvaginta, naves vero, regi ad belli usum inde exhibendæ, centum triginta. Secundus in Jutia episcopatus habetur Ripis; in illo templa sunt trecenta viginti qvatuor, duodecim vero

inde

en * xij. tigir ſkipa Konungi til utbods. þridi Byſkupsſtoll er a Jotlanndi, er heitir i Ar-oſi: i þvi Byſkups riki eru cc. kirkna oc x. kirkiur, en Konungi ix. tigir ſkipa til utbods. Fiordi byſkupsſtoll i Jotlanndi heitir i Vebiörgum: i þvi Byſkups riki eru l. kirkna oc cc., en c. ſkipa Konungi til utbods. Limafiördr heitir a Jotlanndi: hann er mikill fiördr oc nafnfrægr: hann gengr af nordri til ſudrs: or nordan verdum Limafiordi er miott eid veſtr til hafs, er heitir Harallds eid: þar let Haralldr Konungr Sigurdarſon draga yfir ſkip ſin, þa er hann komtz undan ofridi Sveins Konungs Ulfsſonar, ſem ſagt er i ſögu Harallds Konungs. Fyrir veſtan Limafiord er þat riki, er heitir Vendilſkagi, oc vikr til nordr-ættar: þar er enn fimti Byſkupsſtoll i Danmörk, i þeim ſtad, er heitir i Jorungi: I þvi Byſkups riki er halft annad hundrad kirkna, en l. ſkipa Konungi. Jotlanndz ſida heitir allt veſtan fra Vandilſkaga, oc ſudr til Ripa. Milli Jotlanndz oc Fions gengr Medalfararſund. A Fionier enn vj. Byſkups ſtoll i Danmork, i þeim ſtad er heitir i Odinsey: i þvi Byſkups riki eru ccc. kirkna, oc x. tigir ſkipa Konungi. Milli Fions oc Sio-lanndz gengr Belltis ſund. I Sio-lanndi er en vij. Byſkupsſtoll i Danmork, i Roiskelldu: I Sio-lanndz Byſkupsdæmi eru xi. kirkiur ens fimta hundrads, en xx. ſkip oc c. Konungi. Fyrir nordan Sioland er Eyrarſund: en fyrir nordan Eyrarſund liggr Skani oc Halland. A Skani er Erkibyſkupsſtolli Lunnd i: ſa er Byſkupsſtoll enn atti i Danmörk. I þvi Byſkupsriki er halft fiorda hundrad kirkna oc iij. kirkiur, en halft annat hundrad ſkipa Konungi: ſa er Byſkupsſtoll rikaztr i öllu Dana Konungs riki. Milli þeſſa lannda, er nu er fraſagt, Jotlanndz oc Skani, liggia mörg ſtor Ey-lönd, þau er adr eru eigi nefnd. Sams-ey er unndir Ar-oſſ Byſkup: Hles-ey er undir Vebiarga Byſkup: þær liggia veſtr fra Fioni: Als-ey er undir Heidabæ; Laland Erri oc þors-lundr oc ** Langaland: þeſſar v. eyiar eru undir (Byſkup) a Fioni. Maun oc Falſtr eru unndir Byſkup a Sio-landi. Borgundarholmr liggr auſtr i hafid fra Skani: þat er mikid riki, oc liggr unndir Erkibyſkups ſtolinn i Lunndi: þar eru xij. Konungsbu, oc xiiij. kirkiur. þeſſi lönd öll, er, nu eru nefnd liggia unndir Dana Konungs riki, oc eru þau bædi vid oc fiölmenn. þeſſi lönd voru at fornu margra Konunga riki.

XXXIII.

* Chartæ xi. ** Kgāland *membr.*

inde navium decades regi ad usum belli debentur: Tertius episcopatus Jutiæ est Arosiæ: Hic templa numerantur ducenta decem, naves autem regi ad bellum parent nonaginta. Qvartus in eadem provincia Vibergi est, qvæ diœcesis ducenta & qvinqvaginta continet templa, eademqve ad usum commemoratum naves repræsentat centum. Sinus partem Jutiæ dividens Limicus dicitur: hic magnus est & celebris, à septentrione in meridiem vergens. Inter Limicum sinum, qva septentrionem & oceanum occidentalem spectat, isthmus tenuis conspicitur, vulgo Haraldi isthmus dictus, postqvam per illum suas naves Haraldus Sigurdi filius curavit trahi, qvo Svenonis regis, Ulfonis filii, manus effugeret, qvemadmodum in regis Haraldi historia traditum. Ad occidentale Limici sinus latus regio est, qvæ Vendilskagi appellata, aliqvantum ad boream se flectit, ista qvintam Daniæ sedem episcopalem habet in urbe, qvæ Jorungia dicitur. Complectitur vero diœcesis templa centum qvinqvaginta, navesqve regi suppeditat qvinqvaginta. A Vendilskago, totius provinciæ oram, qvæ ad occidentem est, atqve ad Ripas usqve versus meridiem extenditur, latus Jutiæ nominant. Inter hanc provinciam & Fioniam fretum Medalfararsund jacet. In Fionia vero sextus est Daniæ episcopatus in urbe, qvæ Othinia dicitur. In hujus diœcesis ambitu trecenta continentur templa, decemqve navium regiarum decades hinc mittuntur. A Sælandia freto Balthico dirimitur. Estqve in Sælandia episcopatus regni septimus, cujus sedes in urbe Roschildensi, templa autem qvadringenta undecim existunt, navesqve regiæ centum viginti ad bellum exeunt. Ad boreale Sælandiæ latus fretum Eyrarsund se offert, cui à borea Scania & Hallandia objacent. In Scania archiepiscopalis sedes est Lundiæ, qvæ Daniæ episcopatuum octava. in ejus diœcesi templa trecenta qvinqvaginta tria, naves regias numerant centum qvinqvaginta. Hæc inter omnes Daniæ episcopales sedes est ditissima. Ceterum inter commemoratas terras, Jutiam nempe & Scaniam, multæ insignes jacent insulæ, necdum enumeratæ: in qvibus Samsoa episcopo Arosiensi subjacet. Lesoa Vibergensi. Has Fionia ad occidentem respicit. Ex aliis qvinqve Alsoa Slesvico subest, Lalandia, Arroa, Tossingia, & Langelandia ad episcopatum Fionensem pertinent. Moena vero & Falstria ad Sælandicum. Bornholmia, Scaniæ ad orientem obversa, oceanoqve circumfusa, satis magna præfectura est, Lundensi archiepiscopo subjecta; Duodecim villas regias, & qvatuordecim templa insula ea sustinet. Hæ omnes jam dinumeratæ terræ regionesqve Danorum regi parent, suntqve eædem cum spatiis suis amplæ, tum incolarum numero freqventes. Vetustioribus autem seculis sub imperio multorum regum divisæ ditiones fuere.

XXXIII. CAP.
Uphaf Blod-Eigils.

Ragnarr het madr: hann var danſkr madr, oc ættadr ſudr a Jotlanndi: hann var rikr madr, oc atti bu þar ſem heita Ragnarsſtadir: þat er i Ripa byſkupsriki: þar er oc vatn þat er vid hann er kent oc heitir Ragnarsſior. Ragnarr hafdi verid kærr vinr Sveins Konungs Ulfſſonar, oc honum þionad iafnan, medan þeir voru badir a lifi. Egill het ſon Ragnars: hann var enn meſti at giörfi madr, manna meſtr oc ſterkaſtr, vigr hverium manni betr oc allmikill hermadr.

XXXIV. CAP.
Fra Egli.

Sa atburdr vard i Danmörk, at þar andadiz einn rikr madr i Borgundarholmi, ſa er Aki er nefndr: hann hafdi þar radit fyrir xij. Konungsbum, er hann a i Borgundarholmi. Nu la þar riki autt oc höfdingia lauſt: voru þa ſendir menn a fund Knutz Konungs, at hann ſkylldi rad fyrir giöra, oc voru honum ſögd þeſſi tidendi: badu þeir hann fa annan mann yfir rikid. I þann tima kom til Knutz Konungs Eigill Ragnarſſon, oc bydr at giöraz hans madr, oc þiona honum med trunadi: hafa oc slikt ſtarf haft enir fyrri frændr minir, ſegir hann, ſem ydr er kunnigt, Herra. Konungr ſvarar: Mikill madr ertu, oc fyrirmannligr, oc eigi man þik karlmenzku ſkorta; en eigi ertu med öllu gæfumannligr: En med þvi at þu ert mikill framkvæmdar madr, ſem ver vitum, þa mun ek fa þer i hendr til forrads rikid i Borgundarholmi: ſkalltu ſkylldr til allra utgiörda, oc Konungsſtarfs: en þo munum ver af taka iij. buin, þau er ver eigum þar: en þa ſkalltu rada fyrir ödrum Konungsbuum, þeim er ek a i Borgundarholmi. Eigill tekr þenna koſt, oc giöriz valldzmadr yfir þeſſu riki. Hann giöriz bratt rikr madr, oc fiöllmennr, oc hafdi med ſer mikla ſveit: hann var aurr af fe, oc lifdi rikmannliga, oc var iafnan i hernadi a ſumrum, oc afladi mikils fiar, oc lagdi þat i koſtnad fyrir menn ſina a vetrum: hann var vinſæll af ſinum mönnum: hann vardi oc hardfengliga oc hrauſtliga rikit. Oc er ſva hafdi fram farid um ſtund, þa geck up miök feid fyrir honum, i koſtnadi þeim er hann hafdi, en hann hafdi minni veizlur af Konungi, en þeir menn ſem þar höfdu fyrr haft Konungs ſtarf, en hann hafdi koſtnadinn meira. Þetta likadi Knuti Konungi litt, oc bad Eigil minka fiöl-menni ſitt, oc ſagdiz af hafa tekid hernad innanlanndz.

XXXV.

CAP. XXXIII.
Ortus Egilli Sangvinei.

Vivebat olim in Dania vir qvidam, Ragnarus nomine, ex meridionali Jutia oriundus. Is opibus & potentia floruit, domiciliumqve habuit in loco Rognarstadir dicto. Est ille in diœcesi Ripensi; ibiqve stagnum invenitur, itidem ab eo denominatum, Ragnari mare. Fuerat Ragnarus iste percharus Svenoni regi Ulfonis filio, ejusqve, dum vixerunt ambo, ministris semper annumeratus. Filium habebat Egillum, qvi præclaris dotibus præditus, corpore magno erat & robusto, egregieqve scientia dimicandi imbutus, bellator inprimis audax celebratur.

CAP. XXXIV.
De Egillo.

Accidit forte, ut in Bornholmia, Daniæ insula, vir qvidam potens, nomine Ako moreretur. Is duodecim insulæ ejus villis ex earum numero, qvæ ad regem pertinebant, præfuerat. Cumqve orbata jam esset præside præfectura, ad regem Cnutum mittebantur, qvi, indicata præfecti morte, ut provincia alii delegaretur, peterent. Tunc & simul adfuit Egillus, Ragnari filius, offerens regi operam & ministerium suum, idqve, modo isto rex sese honore dignaretur, spondebat fidelissime obiturum: qvippe qvod pariter ipsius majores, ut neqve regi ignoratum, sustinuerant. Illi itaqve rex: corpore „ qvidem, inqvit, magno & heroe digno es, ita ut neqve virtutem in te desi- „ derari bellicam existimem: Ceterum vultus tuus nescio qvid scævi præfert „ ominis, prænuntius qvasi imminentis tibi infortunii. Quoniam tamen vi- „ rum te strenuum inqve agendis rebus acrem esse novimus, præfecturam ti- „ bi Bornholmensem demandabo, hac conditione, ut ad expeditiones obeun- „ das, nec non negotia qvæcunqve a rege imperata promtus sis. Tribus „ tantum, qvas in ea insula possideo, villis exceptis, mihiqve sepositis, re- „ liqvas, qvotqvot regi ibidem parent, tibi gubernandas relinqvam. „ Accepit conditionem Egillus, regisqve in Bornholmia administrator factus, potentia brevi auctus est magnamqve famulorum multitudinem aluit. Idem magna erat liberalitate, inqve expendenda pecunia largus vitam magnifice instituebat. Æstates in piratica, qvam continuo faciebat, consumsit, ingentiqve pecuniarum vi ditatus est: qva ex prædis collecta solebat per hyemes famulos suos sustentare; unde & summopere ab iis colebatur. Ceterum provinciam, cui præerat, strenue tuebatur, atqve fortiter viriliterqve defendebat. Verum cum aliqvantum temporis hanc vivendi rationem tenuisset, pecunia absumebatur, sumtuum magnitudine, præsertim cum minora a rege, qvam qvi eadem ante ipsum negotia administrarant, perciperet, splendidius tamen viveret, expensarumqve profusione superaret omnes. Hæc vero Cnuto regi displicebant, ideoqve viro injunxit, ut numerum famulorum minueret. Addidit simul, piraticam sibi nullo modo probari, qvippe qvam intra regnum suum abrogasset.

XXXV. CAP.
Eigill drack blod.

Þat var eitt ſumar, at Eigill biotz or lanndi med her-lid ſitt, oc hafdi xviij. ſkip, oc for til Vindlanndz: oc er hann kom þar, þa heriar hann. Vinndr ſafnaz ſaman, oc fengu ogrynni hers: foru ſidan i moti Agli med þat lid, oc er þeir finnaz, verdr þar bardagi mikill, oc fellr þar mart lid af hvarum tveggium. Egill gengr fram vel oc dreingiliga, oc bardiz hermannliga: þeir börduz a ſkipum: oc la þat ſkip næſt Egilsſkipi, er a var höfdingi Vinda. Oc er orroſtan var ſem oduzt, oc menn þottuz varla ſia hverſu hniga mundi, þa hliop Egill af ſkipi ſinu, oc a Vinda ſneckiuna, oc hio til höfdingians, oc veitti honum banaſar, oc þegar iafn-ſkiott hliop Eigill öfugr aptr a ſitt ſkip. Eptir þetta breſtr flotti a Vindum. Fær Egill þar agætann ſigr, oc mikid fe. Hann var ſva modr, at hann fell nær iomatt: oc er hann ſat up i ſkipi ſinu, þa bad hann gefa ſer dryck. Sveinnin ſvarar: Vordit hefir þat hark her i dag a ſkipinu, at brotnad hafa verplar varir allir, oc er allr dryckr nidr hlaupinn i kiöl a ſkipinu. Eigill ſvarar; Eigi mun at ſidr drecka mega. Sveinnin ſvarar: Eigi, herra, ſagdi hann, þviat þat er meiri hluti manna dreyri oc blod. Eigill ſtendr þa up, oc tekr hialminn af höfdi ſer, oc ſöckvir nidr i kiölinn, oc dreckr þria drycki mikca. Eptir þat vendir Eigill aptr ferd ſinni med ſigri, oc kemr at hauſti heim til Danmerkr, oc ferr ſidan heim til Borgundar holms: ſkortir nu eigi fe um vetrin til framflutningar lidinu. Þetta ſpurdiz vida, oc þetta kom fyrir Knut Konung. Konungr lofar, ſem adrir menn, afrek Egils oc ſigr, en talar fatt um þat ſem honum var ſagt fra dryknum Egils. Af þeſſum atburd feck Eigill kenningar nafn, oc var kalladr Blod-Eigill.

XXXVI. CAP.
Fra Egli.

En er Eigill hafdi litla ſtund heima verid, þa for hann a fund Knutz Konungs. Konungr tok ſæmiliga vid Agli, oc ſpurdi at ferdum hans. Eigill ſagdi slikt er Konungr ſpurdi, oc var honum let-rætt um þetta. Sidan kallar Konungr hann a eintal, oc ſpurdi ef þat væri ſatt, er honum var ſagt, at hann hefdi druckid manna blod. Egill ſvarar: mikid er til þeſſ haft, en kvetz þo litt

hafa

CAP. XXXV.
Egillus Sangvinem potat.

Aestate qvadam Egillus, militum sibi devotorum manu, nec non navibus duodeviginti instructus, cursum extra regni fines instituit, ac Vandaliam petiit. Qvo pervectus, coepit obvia qvæqve prædari. Vandali collectis viribus, ingentem exercitum corradunt, & adversus Egillum ducunt. Concurritur, & ingens fit prælium, non sine insigni strage exercitus utriusqve. Egillus magna virtute in hostes irruens, egregie dimicavit. Cumqve maritima esset pugna, in qva navis Egilli proximam sibi nacta est Vandalorum præfecti navem, jam prælio maxime exasperato, victoriaqve ancipiti, Egillus e sua in Vandalici præfecti navem transiliens, ipsum gladio percussum lethali vulnere affecit, protinusqve in suam navem saltu retrorso se conjecit. Hoc facto Vandali exterriti, fugam capessebant, Egillus vero cum insigni victoria magna pecuniæ vi potitur. Ceterum pugnando adeo defatigatus, ut jam animo pæne linqveretur, capta in navi sede, potum poscit. Respondente famulo, usqve adeo ex istius diei conflictu turbatum fuisse in navi, ut confracto, qvodcunqve fuerat doliorum, potus in sentinam navis effluxisset. Ait Egillus: Nihilominus bibendo aptus erit. Neutiqvam domine, dicit famulus, maximam enim partem cruore & sangvine humano est admixtus. Surgit Egillus, galeam capiti suo detractam in sentinam immergit, qvodqve ea exceptum, ingenti terqve repetito haustu bibit. Deinde victoria insignis regreditur, autumnoqve in Daniam reversus, postea Bornholmiam petit, peramplis spoliis locupletatus, adeo ut nihil ipsi ad sustentanda ministeria per seqventem hyemen deesset. Vulgata rei fama, lateqve ad omnes pervagata, ad Cnuti tandem aures pervenit, qvi non minoribus, qvam alii fortitudinem & victoriam Egilli laudibus prosecutus, tamen de potu ipsius, de qvo etiam narratum acceperat, parcius loqvebatur. Ex isto vero facto perpetuum Egillo cognomentum adhæsit, ita ut Egillus Sangvineus *diceretur.*

CAP. XXXVI.
De Egillo.

Egillus, postqvam exiguo tempore domi sedisset, Cnutum regem adit. Rex honorifice exceptum multa de expeditionibus istius percontatur. Egillus ad singula qvæsita diserte respondet, lubensqve de rebus suis verba facit. Deinceps ad secretius colloqvium vocatum, interrogat rex, num & vera esset narratio de sangvine humano, qvem bibisset? respondet Egillus, rem qvidem magna ex parte ita ut relata fuerat habere, se autem illi

hafa hugſat þetta fyrri. Hvi vard ſva illa, ſagdi Konungr: Egill ſagdi, at þorſti ſva mikill kom at honum, af mædi oc erfidi, at hann þottiz varla þola mega, en dryckr var engi til annarr. Konungr ſvaradi: þeſſi hlutr er hardla þungligr ordinn, oc mikit Kriſtniſpell i: oc þat er kallat, at ver ſem reſſingaſamir um ſmæri hluti: En med þvi at oſſ likar vel til þin ſva buid, oc (þickir) þin þionoſta god fyrir margs ſakir, þa munum ver eigi ſva ſtridan dom a-fella at ſinni, ſem mörgum mun van a þickia: vil ek þat heilrædi tilgefa med þer, at þu bætir vid Gud, oc ſegir ſem fyrſt Kennimönnum, oc tak ſkriptir fyrir: en þat ſem varr rettr hefir brotinn verid i þeſſu mali, þa vilium ver þer upgefa: en eigi ſyniz mer þetta minna verk, en þu hafir etid manna holld ſodit er þeu hfir druckit manna blod. Egill heitir Konungi, at hann ſkal ſva giöra. Dvaldiz Egill ſidan nockurar nætr med Konungi, oc adr en þeir Konungr ſkildi, þa baud Egill Konungi til veizlu heim til ſin: Vænti ek herra, ſegir hann, at mer ſe þat heilla vænt, at þer komid at ſia yfir hibyli min: lagdi hann þar mörg ord til vid Konung, at hann ſkylldi þiggia heimbod at honum. Konungr heitir ferdinni, er af-lidr vetrin. Eptir þetta ferr Eigill heim: ſitr hann heima i Borgundar holmi þann vetr.

XXXVII. CAP.

Fra Konungi oc Agli.

Knutr Konungr bio ferd ſina um varid til Borgundar holms. Egill hafdi þar buit fyrir honum veizlu vegliga. Knutr Konungr ſækir til veizlunnar, med micklu fiöl-menni: þar var mikil ſtofa, ſem Konungs höll væri: hon var alſkipud ſkiolldum. Konungr var þar iij. nætr at veizlunni, oc var hann hardla katr, oc var Konungi ſkapgott. Egill leiddi Konunginn ut med ſtormannligum giöfum. Konungr mællti þa til Egils: hvad er nu Egill, ſegir hann: hefir þu gaum gefid at þvi, er ek mællta vid þik næſtum, at þu hafir ſagt Kennimönnum til misverka þins, oc ſætz vid Gud. Egill ſvaradi: Eigi er þat herra, ſegir hann: gleymt hefi ek enn þeſſu. Konungr bad hann eigi freſta þvi lengr. Egill ſegir ſva vera ſkylldu: oc ſkiliaz nu med vinattu. Egill for i hernad um ſumarid, oc aflar enn mikils fiar: kemr heim at haufti; oc ferr þa ecki a Konungs ſund.

facto parum animum adjecisse. At cur tantum dedecus admissum? rex subjicit. Egillus sitim dicit lassitudine & labore collectam usqve adeo gravem se sensisse, ut ferendo non esset, atqve ad eam depellendam potum nullum alium adfuisse. Tum rex „hac tamen inqvit re graviter peccatum est, ma-„gnumqve a te piaculum, cum sacrorum Christianorum opprobrio commissum: „qvum interim ea sit severitatis nostræ fama, ut minora etiam delicta acri-„ter nobis animadvertantur. Sed qvoniam tu adhuc nobis es charus, tuam-„qve multas ob causas operam magni facimus, nolumus tam duram in præ-„sentia, atqve multi forte expectaverint, sententiam de te ferre; qvin potius „consilium tibi damus, ut coram Deo delictum expies, idqve prima occasione „animarum curatoribus confessus, accepta absolutione, deleas. Qvod vero ad no-„strum jus attinet in hac causa, gratiam ejus facimus, teqve adeo condonamus. „Eqvidem qvod sangvinem humanum biberis, non levius peccatum æstimamus, „qvam si humanam elixam comedisses.„ Egillus ex regis consilio & admonitione facturum se promittit. Deinde apud regem aliqvot noctes commoratur, sub digressum vero regem ad convivium domum suam invitat. Etenim, ait, „Domine, persvasissimum habeo, fortunam mihi salutemqve ipsam adferri „si ad me diverteris, domiciliumqve meum oculis lustraris. Talibus multisqve præterea verbis instabat, nihil æqve desiderans, atqve ut convivam domi suæ regem acciperet. Rex vergente hyeme venturum se promisit. Inde Egillus, domum reversus, in Bornholmia per hyemem se continuit.

CAP. XXXVII.
De Rege & Egillo.

I*neunte vere rex Cnutus in Bornholmiam transfretavit. Ibi Egillus lautum ei convivium paraverat. Rex cum freqventi comitatu ad illud accedit. Offendit cœnaculum ingens, regio simillimum, & appensis circumcirca scutis ornatum. Triduum ibi convivando rex absumit, animo placato, & ad omnem hilaritatem composito. Abeuntem Egillus magnifice, & insigni pretiosarum rerum copia donatum, proseqvitur. Tum rex illum his „verbis allocutus fertur: Etiamne Egille, memoriam ultimi colloqvii nostri ad „mentem revocasti, ac sacerdotibus delictum tuum confessus, Deum tibi „reconciliasti? „Nondum hoc factum, Domine, ait ille, fateor enim e memo-„ria mea excidisse.„ Iterum igitur hortante rege, ne diutius rem differret, etiam curæ sibi fore spondet. Tandem utrinqve amice disceditur. Egillus vero seqvente æstate ad piraticam suam reversus, ingenti collecta pecunia, circa autumnum se domum contulit, tunc minus de adeundo rege sollicitus.*

XXXVIII. CAP.

Frá Agli.

Knutr Konungr ſpurdi þetta, at Egill hafdi enn verid i hernadi um ſumarid, oc likadi honum þat illa: þviat hann bannadi monnum ran oc o-ſpekt i riki ſinu. Konungr ſtefndi Agli a fund ſinn um vetrin. Egill for a fund Knutz Konungs, oc fagnar Konungr honum vel: þeir Konungr oc Egill toku bratt tal milli ſin, oc ſpurdi Konungr eptir: hefir þu heriad enn i ſumar, Egill, ſegir hann. Egill ſegir at ſva var. Konungr ſvarar: þa tekr þu illt rad up, er þu giörir þik at vikingi: er þad heidinna manna hattr: vil ek þat banna þer. Þat er mer oc ſagt, at þu hafir fiöl-menni um þik ſem Konungar, oc halldir þik at öllu ſem þeirra ſidr er til, oc eydir þar up i öllu fe þinu naliga, en takir þar til annarra eign, er þik ſkortir: koma þeir margir a minn fund er ſlikt kæra, oc þickiaz verda fyrir agangi af þer oc reſſingum: Vil ek, ſagdi hann, at þu minkir fiöl-menni þitt, oc giörir þik ecki ſtærra en þu att ætt til oc kynferdi: vil ek at þu ſer hofsmadr um alla hluti, ef þu vill oſſ þiona. Eda hvat er nu Eigill, ſagdi Konungr, um þann hlut, er ek hefi þik nockurum ſinnum amintan, oc þu matt vid kannaz: hefir þu þat til bota borid. Egill ſvaradi þa reiduliga: Þat vænti ek, herra, ſegir hann, þott þer minniz þeſſ hlutar opt vid mik, at ſialfum mer mun þo meſt hugad um mitt rad. Þa ſvarar Konungr: Nu er mer þeſſ van, at þat komi fram, er ek ſagda þer ed fyrſta ſinn er ek ſa þik, at þu mundir eigi med öllu vera gæfumadr: nu ſva miök ſem þu o-rækir naudſyn ſialfs þins, i þeſſu mali, þa vil ek med öngu moti hafa lengr þionoſtu þina, oc eigi ſkalltu vardveita mina eign hedan fra. Eigill ſvaradi: þer munud rada veizlum ydrum vid mik, Herra; en þat mun ydr þickia undarligt, ſagdi hann, ef ek helldr mik eigi o-rik-mannligarr, þott ek hafa mina koſti eina: ſkal ek ecki bidia ydr þionoſtu meirr en ydr likar. Konungr ſvaradi: Ecki þarftu Egill, at giöra þik ſva ſtoran, ſegir hann: beygt hefi ek ſvira a feitari bukum en þu ert: ætla ek þer þat munu verr hent en mer, at ockra vinattu ſkili. Nu er þat mitt hugbod, ſagdi hann, at nockura hluti henndi þik, þa er enn eru ſtærri en þeir, er adr eru berir ordnir um hagi þina. Eptir þetta ſkilduz þeir

Konungr

CAP. XXXVIII.

De Egillo.

Cnutus rex ubi Egillum comperit ad solita exercitia etiam hac æstate exivisse, graviter indignabatur, qvippe qvi omnes per regnum suum rapinas atqve injurias interdixerat. Egillum itaqve per nuntios citatum, hyeme ad se evocat: Qvi extemplo se sistens, benigne a rege excipitur. Ad colloqvium cum esset ventum, sciscitatur rex, an præterita æstate piraticam adhuc fecisset: affirmante illo, rex ait: „ malum tu consilium iniisti, præ„ donem agendo, & paganorum mores imitando, igitur ne porro facias, „ severe tibi interminor. Præterea ad aures meas pervenit, te regum ex„ emplo, ingentem famulorum turbam alere, regioqve in omnibus more vi„ vere, hincqve effusa fere & consumpta in immodicos luxus pecunia, aliorum „ res invadere. Etenim permulti ad me qverelas de facinoribus tuis ad„ ferunt, nihil indignius existimantes, qvam tuis continuo latrociniis dire„ ptionibusqve infestari. Qvapropter ut famulorum numerum minuas, nec „ majores, qvam pro genere & stirpe tua, spiritus sumas, tibi auctor sum. „ Edico insuper, ut in omnibus rebus moderatius te geras, si qvidem tibi „ constitutum nostris porro annumerari. Et qvid nunc, Egille, dicendum „ habes, de commisso, de qvo ego, ut non potes non meminisse, te aliqvoties „ admonui? an illud jam expiasti? Tum Egillus, ira accensus: „ Haud aliud, „ inqvit, fas est, vel sperare de me vel credere, etiamsi tu, Domine, istam „ sæpius rem inculcas, qvam ut qvæcunqve salutem meam attingunt, ad meam „ ipsiusmet curam maximè pertineant. Rex porro: „ Jam, ut credidero, fidem ha„ bebit prædictio nostra, de qua, primum te aspiciens, monebam, nempe te neuti„ qvam ex omni parte fortunatum fore: Et qvoniam in negotio, qvod tuam „ ipsius salutem respicit, tibi, qvid facias, minus pensi est, tantamqve rem tam „ negligenter agis, tua porro opera ac ministerio uti nolo, neqve amplius res me„ as possessionesve fidei tuæ credam. Ad ea Egillus: Tuæ, inqvit, Domine, potesta„ tis erit ac arbitrii, tantum tuarum rerum mihi committere, qvantum placet. „ Interim mirum fortassis acciderit; si, qvamvis meis sumtibus, non minori „ tamen splendore & magnificentia posthac vixero. Et qvod ad operam meam „ attinet, eam offerre aut obtrudere, ultra qvam tibi ipsi visum, neqvaqvam „ cogito. Rex ait: „ Non est, Egille, qvod verbis tam magnificis potentiam „ tuam jactes; etenim cervices, etiam tua crassiores, incurvare valui; ideo„ qve amicitiæ nostræ dissolutionem, postqvam contigerit, credas majori a tua „ parte, qvam mea, incommodo conjunctam fore. Eqvidem præsagit animus, „ impendere tibi fatum aliqvod, pœnamqve jam diu improbitati tuæ debi„ tam, qva delicta tua in lucem prolata omnibus manifestiora reddantur,

Konungr oc Egill, med litilli blidu. Eptir þetta ſetti Knutr Konungr annan mann yfir rikit i Borgundar holmi, en Egill let af ſtiorn rikiſſins. Egill ſat þa heima at bui ſinu, oc minkadi þo ecki fiölmennid helldr, hafdi hann at öngu minni rausn, oc nockuru mannfleira en adr hann let rikit af henndi.

XXXIX. CAP.

Skip-tion.

I þenna tima red fyrir Noregi Olafr Konungr Kyrri, ſon Harallds Konungs Sigurdarſonar. Hann atti Ingiridi dottur Sveins Konungs Ulfſſonar, en ſyſtur Knutz Konungs, oc var vinatta kær med þeim magum. Þat var eitt ſumar, at ſkip nockvod biotz af Noregi bædi mikit oc audikt: þat ſkip attu kaup-menn, þeir er ætludu til Eiſtlanndz, eda annarsſtadar i auſtrveg. Þeir ſigldu fyrſt til Danmerkr, oc ſidan auſtr i gegnum Eyraſund, oc ſva auſtr til Borgundar holms. Sidan hvarf ſkip þat, ſva at ecki ſpurdiz til, oc ecki fannz af þvi ſkipi, hvarki menn ne fe. Þetta þotti mönnum med byſnum micklum, oc voru her margar getur a, hvad til þeſſa mundi bera. Olafr Noregs Konungr ſendi ord Knuti Dana Konungi magi ſinum, at hann ſkylldi leita eptir ſkipi þeſſu, hvad af mundi vordit: oc hann het þvi.

XL. CAP.

Daudi Egils.

Knutr Konungr bio ferd ſina eitthvert ſinn til Borgundar holms med nockurum ſkipum. Þar var i ferd med honum Benedikt brodir hans, oc brædr ij. adrir, Sveinn oc Aſtradr: þeir voru Danſkir menn, rikir oc ſtor-ættadir, oc voru kenndir vid mædr ſina: þeir voru kalladir Þorgunnu ſynir: Þorgunna, modir þeirra, var dottir Vagns Akaſonar: þeir brædr voru frægir menn, oc kærir Konunginum Knuti. Þar voru oc i ferd med Knuti Konungi fleiri höfdingiar þeir er eigi eru nefndir. Knutr Konungr ſigldi til Borgundar holms med lid ſitt, þa er honum gaf byr. Var þat meſt orenndi Konungs, at vita, ef hann yrdi nackvad a-rodri um ſkip þat er tynz hafdi af Noregi: þviat Knutr Konungr bar her mikla a-hyggiu fyrir, oc villdi giarna vita, hvad af væri ordit: Oc er þeir attu ſkamt til Borgundar holms, þa ſigldu þeir hia eyium nockurum, oc bad Konungr þa þar at lanndi leggia, oc ſva giördu þeir. Sidan gengu

þeir

minime abfuturam. Hoc itaqve modo Egillus a rege, jam alienatis utrinqve animis, discessit. Cnutus alium præfecturæ Bornholmiensis rectorem constituit, Egillo deinceps ab regimine ejus abstinente: Qvi domi sedens, tectis suis se continebat, nec minore qvam antea ministrorum caterva stipatus, adeo nihil de priore luxu detrahebat, ut potius numerosior aliqvanto esset familia jam privato, qvam anteqvam præfectura excidisset.

CAP. XXXIX.
De perditione navis.

Eodem hoc tempore Norvegiæ præerat Olaus rex, cognomento Mansvetus, filius regis Haraldi Sigurdi filii. Is in matrimonio habuit Ingiridem, filiam Svenonis regis Ulfonis filii, sororem Cnuti: Ad qvam affinitatem singularis accessit amicitia, inter utrumqve regem culta. Forte æstate qvadam accidit, ut navis magna mercibusqve onusta è Noroegia solveret, in Estoniam, aliamve orientalium terrarum, a mercatoribus destinata. Illi primo Daniam adnavigant, deinde fretum intrantes Oreonicum, versus orientem ad Bornholmiam cursum dirigunt. Postea navis e conspectu hominum ablata est, adeo ut de ea nihil amplius audiretur, neqve ullum usqvam appareret vel hominum vel pecuniæ indicium. Multorum ea res admirationem excitavit, variisqve conjecturis & suspicionibus locum dedit. Olaus Norvegiæ rex Cnutum affinem suum regem Daniæ per nuntios rogavit, ut qvid navi huic factum esset, sedulo percontaretur investigaretqve, qvod & iste lubens promisit.

CAP. XL.
De morte Egilli.

Haud multo interjecto tempore rex Cnutus, navibus aliqvot ad Bornholmiam proficisci parat. Fuere in comitatu regio Benedictus ipsius frater, nec non Sveno & Astradus, par fratrum, natione Danorum, qvi potentes inprimis, illustriqve genere oriundi, a matre sua nomen & appellationem trahebant, dicti vulgo Thorgunnæ filii. Thorgunna ista fuerat Vagno Akonis filio prognata. Hi fratres magna in claritate, & singulari apud Cnutum regem erant gratia. Ceterum & plures procerum, qvorum non commemorantur nomina, iter cum rege ingressi. Qvi vento secundo usus Bornholmiam adnavigat, id propositi habens, ut de nave Norvegica, qvæ perierat, certior redderetur; qvippe qvæ res jamdiu solicitudini erat regi, inprimis cognoscendi avido, qvid demum de navi factum esset. Cum itaqve, in conspectu prope Bornholmiæ, exiguas qvasdam insulas præterveherentur, jubente rege, ut eo appellerent, primum in easdem descenderunt. Hic dum per littus, qvod ibi erat salebrosum, rex deambulat, conjectis ad lapides oculis

þeir a land. Knutr Konungr geck eptir fiörunni, oc var þar ſtorgrytt miök. Konungr hugdi at griotinu, oc ſa hann, at þat var rautt miök. Konungr ſpurdi menn ſina, hvi ſva mundi vera? þeir ſvara, þer munud slikt giörſt ſkynia, Herra. Konungr ſvaradi; þat munda ek ætla, at her mundi verid hafa um hrid elldz neyti ærid mikid: ma vera at nu komi þad fram, er mer ſagdi löngu hugrum, er tekr til ockar Egils: er nu ecki þvi at leyna, ſegir Konungr, at ek hygg at þetta ſe af manna völdum, en bratt mun þat reynaz munu ver nu ecki dveliaz her lengr at ſinni. Ferr Konungr nu ferdar ſinnar. Hann tok veizlu ſkamt fra bæ Blod-Eigils. Egill hafdi þa med ſer fiölmenni mikid, ſva at hann hafdi naliga hird ſem Konungar, en miök undruduz menn, þat er hann matti ſva fæda mikid lid, er eigi lagu ſva bryn ſe föng fyrir: þviat Egill hætti þa hernadi, en þoa vard honum ecki ſefatt til koſtnadar fyrir lidit. Margt ræddu menn fyrir Konungi um ſidu þeirra Egils oc manna hans, oc fanz þat a Konungi, at honum var litt at ſkapi slikt er hann þottiz af-fretta. þetta ſama kvelld let Knutr Konungr fara at Agli, oc feck þar til höfdingia Benedict brodur ſinn, oc med honum voru i ferd þeir brædr, Sveinn oc Aſtradr. þeir voru ſaman. c. manna: þeir foru þar til, er þeir komu til bæiar Egils um nottina.) þat var hattr þeirra Egils, at drecka til midrar nætr eda meirr. En er þeir Benedict komu a bæinn, þa gengu þeir at dryckiuſtofunni: þeir Egill ſatu þa enn oc drucku, en fleſtir menn voru þa gengnir at ſofa: þeir Benedict slogu þa mann-hring um ſtofuna: En er þeir Egill urdu varir vid ofridinn, þa hliopu þeir til vapna ſinna, oc ætludu at veriaz. Benedikt ſegir, at ſa mundi þeirra koſtr beztr, at gefaz up: oc er Egill viſſi, at þeir höfdu ofr efli lids, þa geck hann ut i hendr þeim. Sidan var hann tekinn, oc for Benedikt med hann a fund Knutz Konungs. en þeir þorgunnu ſynir voru eptir med ſuma ſveitina, oc ſkylldu gæta, at ongvir kæmiz i braut af ſveitungum Egils. En er Egill kom a Konungs fund, þa mællti Konungr: langt hefir nu vordit a milli funda varra Egill, ſagdi hann, ſkal þvi ecki leyna þik, at ek vilda at ſia væri enn ſidarſti. Egill ſvaradi: þer munud nu oc hafa valld a þvi at ſinni, herra: vænti ek þo þeſſ, ſegir hann, at engi kalli ydr at betra höfdingia, ne at meira Konung, þott þer drepid ſaklauſa menn. þa ſvaradi Knutr Konungr all-hogliga: ek mun nu verda Egill, ſagdi hann, at bera abyrgd fyrir hlut minum ef ek drep ſaklauſa menn, þa verd ek at ſvara þvi vid Gud: En þo er nu ſva komid þinum hag, at ecki mun nu ſtoda Egill, ſagdi hann, at fara med dirfd oc ſtirdlæti: tekid höfum ver þik nu i fanghelſi:

mun

lis, eos admodum rubere deprehendit. De hujus rei causa comites suos interrogans, responsum accipit: „Tu, domine, tua hoc ipse conjectura accu„ratissime judicabis. „ Iterum rex: „ crederem hic ingens aliqvamdiu incendi„ um flagrasse. Forte & jam instat illud, qvod de nobis atqve Egillo jam „ pridem mens præsagivit, nec dissimulabo (pergit rex) qvod suspicor, esse „ hunc scilicet ruborem hominum opera impressum, lapidibusqve inustum, qvod „ num ita se habeat, brevi in lucem proferetur: hic autem non diutius in „ præsentia moremur. „ Deinde iter suum profecutus est, atqve haud procul a loco, ubi Egillo erat domicilium, convivio invitatus adfuit. Egillus vero tunc magnam hominum multitudinem secum habuit, haud multum sane eo numero, qvi regum aulas implere solet, inferiorem. Neqve parum omnes mirabantur, unde ea ipsi facultas, cui non nisi exigui essent reditus, tantam turbam ut aleret. Sed Egillus, qvamvis tunc videri vellet prædatoriam artem abjecisse, nec piraticæ amplius dare operam, ad sustentandos suos pecunia nunqvam destituebatur. Multa interim de ejus sodaliumqve & assectarum moribus ad regem perlata, parum profecto ei grata; sicut etiam, qvoties ejusmodi qvædam ex sermonibus vulgi accipiebat, testabatur. Itaqve capto propere consilio, eadem illa vespera viros mittit, qvi Egillum comprehendant: his Benedictum fratrem suum præponit, Svenonem vero & Astradum fratres adjungit comites. Erant, qvi mittebantur, omnino centum numero, qvi & haud cunctanter ad ædes Egilli nocte intempesta pervenere. Mos erat Egillo, ut cum suis ad mediam usqve noctem vel ultra genio indulgeret. Benedictus & socii, ubi ad ædes venissent, triclinium, in qvo potabatur, accesserunt. Heic Egillum offendunt adhuc, cum suorum nonnullis, poculis assidentem; pleriqve autem jam iverant cubitum. Benedictus ejusqve cohors triclinium corona cingunt. Contra Egillus, & qvi cum ipso erant, inimicos adesse animadvertentes, arma protinus capessunt, sese defensuri. Attamen monente Benedicto, ipsorum conditiones, nisi se dederent, pejores fore, compertoqve non parvum esse numerum, qvem adduxerat, Egillus in manus regiorum sponte venit. Hunc captum ad regem Benedictus secum ducit, filiis Thorgunnæ, cum turmarum parte ad ædes custodiendas remanentibus, ne qvis Egilli familiarium aufugeret. Cumqve is regi sisteretur, rex eum his verbis compellavit: „ Multum est, Egille, qvod ab ultimo col„ loqvio nostro effluxit, temporis, neqve te celabo, istud, in qvod nunc ven„ tum est, postremum inter nos futurum esse. Ad ea Egillus: „ Te penes, in„ qvit, Domine, hujus rei est arbitrium: opinor autem, te haud ulli mor„ talium aut meliorem principem aut potentiorem regem ex eo existiman„ dum fore, qvod insontes homines occidas. „ Respondet Cnutus permodeste: „ Ego, Egille, ipse in hac causa rationibus meis providebo: nam si inson„ tes neci tradidero, novi qvam optimè, ad tribunal divinum causam meam

 perti-

mun nu ſegia verda, slikt ſem yfir hefir lidit, þott eigi ſé fagrt fra at ſegia, ſem mik varir at ſe: munu ver nu nær gangaz um eptirleitina: ſkaltu nu ſegia um ſkipſögn, þa er ver hyggium at þu oc þinir menn hafir myrda, en tekit feid til þin: hefir þetta nu ærid lengi leynt verid: höfum ver oc, ſagdi Konungr, komid i þann ſtad, er ver hyggium at þetta hafi unnid verid. Egill ſa þa, at ſa einn var þa koſtr til, at ſegia eptir þvi ſem var, oc farid hafdi; þviat hann viſſi, at ſva voru margir hans menn ſamvitandi þeſſa med honum, at til mundu þo verda nockurir af þeim, ef faſt væri eptir leitad, at ſegia. Egill ſagdi þa: þa er þetta ſama ſkip, er þer ſpyrid eptir, hafdi lagt unndir þær ſomu eyiar, ſem þer komud vid; þa helldum ver nioſnum til um ferd þeirra: þar er hardla utgrunt, en þat viſſu þeir eigi Nordmenninir, þvi at þeim var okunnigt, oc fiaradi ut undan ſkipinu um nottina. þa foru ver felagar, ſagdi Egill, oc komum i nætr-elld ing at kaupſkipinu, oc gengr þar ſkiott ſaga fra, at ver tokum fyrſt menn alla, oc bundum, þa er a voru ſkipinu, enrændum fe öllu, leiddum ſkipid up a hellurnar, oc lögdum i elld oc brendum up alltſaman, menn oc ſkip, ſva at þeſſ matti engi merki ſia, nema þetta eina, er griotid var rautt eptir. En er Egill hafdi þetta ſagt, þa mællti Knutr Konungr: Nu for ſem mik vardi, at þu ert olifis madr: litid nu a godir menn, ſagdi Konungr, hverſu ver ſkolum reſſa slik nidingsverk. þar voru margir frændr Egils vidſtaddir, þeir er mikils voru verdir, oc budu fe fyrir hann, til fridar honum. Konungr ſvaradi: Eigi ſkal þat ſpyriaz, at ek nidumz ſva a tru minni, at ek taka fe til, eda nockurra manna vinattu, at dæma ſva rangt: eru slikt eigi olifis ſakir, er þo væri ſva, at einn madr væri myrdr, en fædz ſidan a þvi einu nær, er ſtolid er til? nu var bædi, at illt þotti til mot-mæla, ennda þordi engi at tala i moti Konungi. Eptir þetta var farid med Egil til ſkogar, var þar reiſtr galgi, oc var þar Egill upfeſtr. Sidan for Konungr til bæiar þeſſ er Egill hafdi att, oc let þa ſæta reſſingum menn hans: ſuma let hann drepa, en ſuma meida, ſuma rak hann af lanndi i bröt, en öngan let hann ohegndan, þann er nockurn hlut hafdi att i þeſſi rada giörd, oc eyddi hann ſva þeſſum o-alldar flocki. þetta verk vard honum þo miök öfundſamt; þviat Egill var bædi ættſtorr oc frændmargr. Eptir þetta viku höfdingiar til ſundr-þickis vid Konungin, oc toku miök at ſtirdna vid hann, oc þar eptir giördi albydan: þotti þeim hann rikr oc reſſingaſamr, en þeir adr vanir ſialf-rædi.

CAP. XLI.

„ *pertinere, neqve alii qvam mihi ejus defensionem incumbere. Tuam vero „ conditionem qvod spectat, modo eo est loco, ut superbiam & contumaciam „ retinere, in præsentia haud juverit. Jam captus, qvoniam in potestate teneris „ nostra, rem uti sese habet, cogendus es enunciare, qvamtumvis, nisi mea me „ fallit opinio, minime relatu pulchram; modo enim mens est, severius paulo „ de actis tuis inqvirere. De navi præsertim, qvam nosti, atqve nautis cer- „ tiores nos velim reddas: hos enim suspicio est a te sociisqve tuis esse clam „ peremtos, pecuniamqve omnem direptam: abominandum prorsus facinus, „ nimisqve jam diu occultum, donec in ipsum illum locum deducti sumus, ubi „ peractam rem fuisse conjectamus.„ Animadvertens Egillus se teneri, omnemqve qvam in celando adhiberet operam frustra sumi, ac haud alii jam consilio locum fore, qvam ut apertis verbis rem, sicuti gesta erat, enuntiaret, qvippe cujus, multis familiarium cognitæ, confessio facile per unum alterumqve eorum, si severius urgerentur, exprimenda foret, ita fari coepit: „ Cum navis illa, de „ qva interrogamur, anchoram non procul ab insulis jecisset, ad qvas modo „ appulistis, nos speculatores cursum ejus exploratum emisimus. Est vero ad „ insulas dictas aqva haud satis profunda. Hoc Norvegi, utpote ignari ma- „ rium nostrorum, nesciebant. Igitur cum noctu recedens a terra mare navim „ in sicco reliqvisset, nos consortes eam prima luce accessimus, atqve, ut paucis „ referam, primum omnes singulosqve nautas & rectores captos probe vincu- „ lis constrinximus, pecuniamqve omnem abstulimus, deinde ignem navi, in „ petras manibus nostris extractæ, imposuimus, qvam una cum nautis in ci- „ neres redegimus, qvo ita nullum vestigium facinoris exstaret amplius, præ- „ ter istud unum, qvod rubentes isti lapides vobis jam objecerunt„. Cumqve hæc Egillus dixisset, rex infit: „ Ergo res plane, uti judicabam, sese habet, „ nempe te rei maxime capitalis reum esse, morte merita afficiendum: Vos au- „ tem, viri probi, expendite & considerate, qva ratione scelera tam atrocia „ vindicare nobis certum atqve constitutum sit„. Aderant multi Egillo sangvine juncti, magnæ dignitatis viri, pro venia illi impetranda pecuniam offerentes. Qvorum preces rex ejusmodi oratione excepit: „ Haud unqvam audietur, me „ fidem meam tam turpiter violasse, ut pecunia adductus, vel cujusqvam ami- „ citia commotus, ad injusta ferenda judicia, deprehendar. Nonne vero hoc „ capitale existimatis scelus? qvale & foret omnino, etiamsi unus tantum esset „ mortalis interemtus: ut jam nihil memorem de ceteris furtis & rapinis at- „ qve immani prorsus violentia, in qva sceleratis istis unice hucusqve vita acta. Hæcqve tam graviter pronuntiata cunctis talia videbantur, ut nemo excusare amplius posset, neqve qvisqvam regi obloqvi auderet. Post ea Egillus in sylvam rapitur, erectoqve ibi patibulo affigitur. Tum rex ad domicilium ejus se confert, deqve familiaribus omnibus poenas sumit, qvosdam occidendo, alios mutilando, nonnullos finibus regni sui expellendo, adeo ut neminem, qui sceleris fuisset particeps, inultum dimitteret: ita vero scelestam societatem extirpavit. Ceterum hoc ipso magnam sibi conciliavit invidiam; Egillus enim genere & consangvinitate præpotens inprimis erat: unde & supplicium ejus animos procerum a rege avertit, ut diffidere hi primum, inde palam adversari coeperint: eorumqve judicium vulgus seqvebatur. Nempe durior plerisqve rex visus, & intoleranda, qvæ in sontes solebat edere, exempla, cum talium antea inexperti summam per licentiam vixissent.*

CAP. XLI.

Fra Olafi Konungi oc Knuti Konungi.

Þat var eitt ſinn, er þeir mælltu ſtefnu ſin i milli, Knutr Konungr af Danmörk oc Olafr Konungr af Noregi. þeir funduz i Elfinni oc fagnar hvarr þeirra ödrum vel: Attu þeir ſidan tal ſaman, oc ſtefnur, oc foru allar rædur vel med þeim. Þat var a einni ſtefnu þeirra, at Knutr Konungr mællti til Olafs Konungs: þat hefir ek hugſat, Olafr magr, ſagdi hann, ef ydr þickir þat eigi ovænt ſtefnt vera, at giöra leidangr or landdi, oc minnaz þeſſ Rikis, er ver frændr þickiumz mickla til-tölu eiga: en þat er Rikit i Englanndi: hafa varir forellrar haft þar mikid valld, ſem ydr mun eigi vera okunnigt, oc hafa þeir þar fengid mikid valld oc fram-kvæmd: þviat Knutr enn Riki, frændi minn, lagdi unndir ſik allt Rikit i Englanndi, oc red ſialfr þvi Riki til dauda dags, oc ſynir hans eptir hann. Nu villdum ver, Olafr magr, hafa her til ydarn ſtyrk: munum ver þar giöra ydr koſt a, ad þer giöriz höfudsmenn at þeſſarri ferd; þviad þer eigud mikilla harma at reka vid þa Englis menn: vilium ver þa veita ydr lid af varu riki: ella mun ek giöraz formadr ferdarinnar, fyrir beggia ockra hönd, þo at þeſſ ſe minnr fengid, en taka þa þar til af ydr trauſt oc ſtyrk fiölmennis. Þa ſvaradi Olafr Konungr: þetta mal er þer hafid nu talad um hrid, Knutr Konungr, ſyniz oſſ vænliga ſett: eru araunir, at þer frændr hafid gæfu til borid, at vinna þar mikinn ſoma: er þat miok ſundr leitt eda um vara frændr, þviat ver hofum fengid þar þann mannſkada, er ver bidum alldregi bætr ſidan. Nu megum ver þat ſia, oc kunnum at ſkilia, at þa er Haralldr Konungr fadir minn for or landi, þa mællti þat alþyda, at alldregi hefdi fræknara lid buiz or Noregi til einnar ferdar. voru þar oc allir hlutir micklu betr tilfengnir ferdarinnar, en nu ſe koſtr i landinu: nu fær eigi mennina þvilika, þott vidleiti ſem hann hafdi med ſer: en hitt ſkilr þo micklu meira, um hofdingiann þann er þa var fyrir ferdinni, er Haralldr Konungr var, eda þar ſem ek em. Nu ſva þung ſem þa var ferdin, þa munum ver eigi ætla oſſ ſva mickla hamingiuraun, at briotaz til rikis i Englanndi. Enn med þvi, Knutr Konungr,

at

CAP. XLI.

De Regibus Olao & Cnuto.

Aliqvando Cnutus Daniæ & Olaus Norvegiæ Reges, colloqvio constituto, inter se, in ostio fluminis Elfi, conveniunt, multaqve se invicem gratulatione excipiunt. Inde aliqvoties congressi, inter sese conferebant, summa voluntate nec minore amicitia utrinqve declarata. Tunc forte in qvodam colloqvio Cnutus Olaum sic affatur : „ Rem meditor, mi affinis Olave, brevi aggre- „ diendam, si vos inconsultam non duxeritis. Nempe cogito, collectas e regno „ meo copias in expeditionem educere, animumqve ad regnum illud adjicere, „ in qvod nobis, propinqvisqve nostris jus actionemqve competere existimatur. „ Hoc autem Angliæ est regnum. Majores enim nostri, qvod nec vobis i- „ gnorari potest, vastam in eo potentiam, luculentas opes & amplissima rerum „ suarum incrementa sunt consecuti. Cnutus enim Potens, qvem cognati- „ one ego proxima attingo, universum Angliæ regnum sibi subjecit, tum ad „ mortem usqve tenuit, nactus in eodem insuper successores ex se genitos. Jam „ vestro, affinis Olave, robore & auxilio nobis usus est : qvo succincti tantum „ opus aggrediamur; offero autem, ut tuo ductu imperioqve illud, si ita lubet, „ inceptetur. Etenim multa sunt mala, multæqve injuriæ, qvas ulcisci, atqve „ in Anglos armis vindicare vos oportet. Qvod si ergo consilium non displice- „ at, tibi, principi expeditionis constituto, ego e regno meo auxilia suppedi- „ tabo. Neqve, sin hoc potius videbitur, recusabo, qvo minus utriusqve no- „ mine ego principatum, qvamvis te multo deterior, suscipiam, a te scilicet „ auxilia & copias accepturus„. Ad qvæ his Olaus respondet : „Res, cujus tu, „ Cnute, mentionem facis, dextre concepta, & felices mihi videtur suc- „ cessus habitura esse. Etenim satis constat, fortunam majoribus & propin- „ qvis tuis prosperam, famæ & gloriæ eorum multum in eo regno adstruxisse. Ve- „ rum contraria ratione sors cum progenitoribus egit nostris, tantaqve nos „ hominum multitudine, ibidem prostrata, orbavit, ut nulla nobis spes sit damni „ in posterum reparandi. Neqve enim dissimulare possum, qvod in præsens ani- „ mo meo obversatur, exemplum parentis mei Haraldi : Is cum expeditionem „ Anglicam susciperet, memini fuisse omnium ore celebratum, haud ullas „ è Norvegia fortiores conscriptas copias unqvam bellatum exivisse. Erat nem- „ pe ista expeditio usqve adeo rebus omnibus commode abundanterqve instru- „ cta, ut per hoc tempus similem in regno nostro adornatum iri, frustra qvis „ speraverit. Milites certe, qvales ille secum educebat, hodie non datur in- „ venire : multoqve majus est, qvod inter ducem expeditionis, ipsum Haral- „ dum Regem & me discrimen animadvertatur. Igitur cum ille tantus ap- „ paratus tam infelicem nihilominus exitum habuerit, nullam rationem video, „ cur amplius nobis Norvegis, in invadendo Angliæ regno, fortunæ multum sit „ confidendum. Verum qvandoqvidem tibi, rex Cnute, eam rem maximæ esse

at þer leitid eigi minnr eptir minni sæmd oc naudsyn i sliku en ydarri, þa vilium ver fa ydr til þessarrar ferdar lx. stor skipa, oc velia menn til af hird-sveitum minum, alla þa er fregnaztir eru, oc ollu vel bunir, oc skal at ongu minnr vannda hvarki skip ne menn, en þott ek væra sialfr fyrir. Knutr Konungr svaradi, þetta er stormannliga bodit, sem mer var van, oc þenna kost tökum ver, en Gud radi hve gefz. Marga hluti töludu þeir adra, hversu rikin hofdu farid milli Noregs oc Danmerkr, oc foru allar rædur vingiarnliga med þeim. Er nu þetta radit, at Knutr Konungr skal fara i herferd til Englanndz: voru þar margar getur a, hversu su ferd mundi takaz. Eptir þetta skildu konungarnir med vinattu, oc skiptuz giöfum vid. for Olafr Konungr nordr i Noreg i riki sitt, en Knutr Konungr for sudr til Danmerkr i Riki sitt.

XLII. CAP.

Fra Knuti Konungi.

Knutr Konungr let þegar fara her-bod um allt riki sitt, oc kvedr a hve mikit lid fara skal or hveriu heradi, oc segir at al-menningr skal uti vera at vari, bædi at lidi oc skipum: en um vetrin þa var mikill vid-bunadr i lanndinu: byrr nu hvarr höfdingi lid sitt, eptir sinum föngum. Eirikr Jarl biotz til ferdar þessar med Knuti Konungi brodur sinum, oc þar med allir adrir Rikismenn þeir er i voru lanndinu, þa voru til ætladir þessar ferdar. Snemma um varid let Knutr Konungr saman-safna hernum, oc stefna öllu lidinu til Lima fiardar. I þenna tima kom Nord-manna lid, eptir þvi sem akvedit var, þat er Olafr Konungr hafdi sent Knuti Konungi, oc var þat ed vigligsta lid, oc at öllu vel buid: þeir sigldu oc til Limafiardar, þviat þeir spurdu, at þar var fyrir safnadr þeirra Dananna. Nu dregz oc saman Dana herinn oc var þat mugr mannz. Knutr Konungr var þa enn eigi kominn, en þo sendi hann menn til þeirra, oc let skynia utbodit, oc bidr leidangrs folkit bida sin, oc segir at eigi mundi lengi þurfa. Lidu nu sva vij nætr nockur ar, at Konungr kemr eigi, oc likar folkinu illa, er hann kom eigi. En þat volldi, er hann kom eigi, eptir þvi sem ætlad var, at þeir menn komu a fund hans, er þat sögdu, at Vindr hefdi her uti, oc þeir ætladi um sumarid at heria til Danmerkr, oc hefna þess ofridar, er Blod-Egill hafdi veitt þeim. Sitr Konungr yfir þessi rada giord, oc er þat af radit, at hann sendi menn til þeirra Vinda med sættar bodum: bidr þa eigi heria a Riki sitt: sagdi þat vera ecki þeirra

„ *curæ intelligo, tuqve non minus meæ, qvam tuæ gloriæ & necessitati*
„ *prospectum velle in negotio hoc significas, neqve ego deero societati. Conferam*
„ *utiqve ad expeditionem classem sexaginta magnarum navium, electisqve*
„ *ex aulicorum meorum numero, qvos fortissimos & armorum usu*
„ *præ ceteris exercitatos noverim, naves & viros exhibebo nihilo deterius*
„ *instructos, qvam si ipse exercitui præessem meisqve omnia consiliis gere-*
„ *rentur. Ad qvæ Cnutus: Magnifica, inqvit, hæc promissa sunt, imo ve-*
„ *ro exspectationi nostræ respondentia; itaqve lubentes conditionem accipi-*
„ *mus, atqve totum propositi nostri consiliorumqve eventum divinæ providen-*
„ *tiæ relinqvimus. His ita deliberatis, multa alia admiscebant, de variis præsertim inter regna Daniæ & Norvegiæ olim actitatis. Et qvidem in cunctis inter eos habitis sermonibus, nihil erat, qvod non perfectam amicitiam spiraret. Statutum deniqve, ut a Cnuto rege in Angliam susciperetur expeditio, de cujus exitu jam tum diversa, ut fit, præsagia, multorumqve judicia & conjecturæ audiebantur. Inde reges, datis invicem acceptisqve muneribus ornati, multisqve editis intimæ animorum conjunctionis signis, discesserunt. Olaus rex boream versus in regnum suum Norvegiam profectus est. Rex vero Cnutus Daniam, directo austrum versus cursu, repetivit.*

CAP. XLII.
De Cnuto rege.

Cnutus rex, emissis per totum regnum suum mandatis, arma imperat, constituitqve qvantæ ex qvavis præfectura copiæ conscribendæ; utqve omnes regni vires, tam navium, qvam militum, in ver seqvens congregatæ, præsto forent, edicit. Igitur in provinciis per totam hiemem omnia ad bellum apparantur, & unusqvisqve præfectorum suas copias pro viribus instruit. Inter primos Ericus comes ad aggrediendam, cum fratre, Cnuto rege, expeditionem accingitur: qvem secuti & ceteri regni proceres, ad eandem militiam destinati. Vere deinde adventante, rex mandat, ut colligatur exercitus, atqve in sinu Limico conveniat. Ad qvod tempus adfuit & classis Norvegica, ab Olao rege ex pacto missa, cujus milites & corporum robore præstantes, & omnibus ad bellum rebus egregie fuere instructi. Hæcqve Norvegorum classis, accepto Danorum exercitum ad sinum Limicum stare, itidem eo navigat. Et jam indies affluentes Danorum copiæ ingentem tandem multitudinem effecerunt: dum interim ipse rex nondum advectus, legatos suos identidem mittebat, qvi lustrarent exercitum, simulqve præsentes obsecrarent, ne scilicet gravarentur adventum regis exspectare; haud longo enim intervallo ipsum adfore. Interea tempus labebatur, atqve in ista regis expectatione aliqvot hebdomades effluebant, indignante exercitu moramqve admodum ægre ferente. Neqve tamen alia moræ erat causa, qvam qvod ad regem nuncii essent allati de Vandalorum apparatu; qvippe qveis constitutum, per hanc ipsam æstatem terram Danorum invadere; nempe ut qvas ab Egillo Sangvineo fuerant passi, injurias atqve noxas ulciscerentur.

þeirra færi, at eiga ofrid vid hann; en þo mun i þvi verda giört morgum manni mein oc o-ro: vil ek, ſagdi Konungr, at ver ſetim grid a milli landa varra, ſva at hvarigir heri a annarra Riki. Sidan foru ſendi-menn a fund Vinda, en Konungr ſagdiz mundu bida þeirra VII. nætr: þviat hann villdi eigi fara or landi, adr hann viſſi hvart þeſſi ofridr ſtodvadiz. Lidr nu vika þeſſi, oc koma eigi ſendi menn aptr. Nu þickir Daunum langt at bida Konungs, þar er þeir liggia i ſafnadinum, oc þolir lidit illa: þickir ſer þat mikill vanhagr, at hallda ſva mikinn her i einum ſtad, at ongu nytu: oc tala höfdingiar um langar tölur, oc kom þat aſamt med þeim at ſenda menn a konungs fund, oc beiddu þeir til þeſſar ferdar Olaf Konungs brodur. Hann var o-fus at fara: kvetz þat hyggia, at Konungr mundi vilia rada ſialfr ferdum ſinum, hvad ſem þer Danir kurrid: get ek oc ad hann giori litid fyrir min ord: er Konungr o-ahlydinn, hvat ſem mællt er fyrir honum; ok miok ein-radr; en þer Danir opt ecki faſtir a velli, oc medalagi trulyndir. En þo at Olafr taladi ſlikt, þa let hann þo at bæn vina ſinna, oc het ferdinni. Hann for med nockura menn a fund Knutz Konungs brodur ſins: En þegar er Knutr Konungr ſa Olaf brodur ſinn, þa mællti hann „ til ſinna manna: taki þer Olaf, ſegir hann, oc ſetid fiotur a fætr „ honum, oc ſva a henndr, oc leidit hann i bröt, oc gætid hans, ſva „ at hann komiz eigi i bröt: þviat ek vil ecki ord heyra, þat er hann talar. Þat þotti mörgum undarlikt, hvi Konungr let þetta giora: en þo ſtod ſva mikil ogn af ordum hans, at engi þordi at briota bod hans. Annan dag eptir fær Knutr Konungr menn til at flytia Olaf veſtr i Flæmingia lannd, til Balldvina Hertuga mags ſins. Knutr Konungr atti dottur Hertogans, er Edla het: þau attu ſon er Karl het. Knutr Konungr bad ſva ſegia Balldvina: at hann hefdi Olaf i vard-halldi oc gæzlu, oc leti hann alldregi koma ut af þvi iarni, er hann var i ſettr, nema hann ſendi ord til. Margir menn

ſvo-

Itaq; Regi, habita super ea re deliberatione, nullum melius visum consilium, quam in Vandaliam legatos mittere, qui ad pacem hortarentur, atque postularent, ut a regno suo armis lacessendo desisterent; monerent insuper, haud utique illis tantum esse virium, quanto sustineri hoc bellum & adversus regem geri posset, etiamsi grave id ipsum foret ac damnosum magnæ hominum multitudini; sibi vero potius optari, ut paci daretur opera, nihilqve etiam consultius illis esse, qvam si, constitutis inter utriusqve partis ditiones terrasqve induciis, neutra alterius regnum infestaret. Hoc cum mandato legatis ad Vandalos digressis, significabat rex, velle se eorum reditum in septimum diem expectare, neqve è regno suo se transferre, priusqvam certi aliqvid de sedatis istis motibus cognovisset. Exierunt autem septem illi dies, nondum apparentibus legatis: ac jam longum videbatur Danis in exspectatione regis esse, præsertim tanto numero congregatis; grave inprimis & perqvam incommodum æstimatum, exercitum ingentem in uno loco tamdiu inutilem tenere. Qvod postqvam inter se proceres multo sermone agitarant, concludunt, deferendum ad regem esse: Inqve hanc omnes sententiam eunt, rogandum fratrem regis Olavum, istud negotii ut suscipiat, cunctorumqve desiderium regi coram exponat. Ast ille invitum testatus sese ad mandatum hujusmodi accedere, nec nisi illubenti animo profectionem suscepturum, hæc deinde effatur: „ Eqvidem existimo; qvicqvid demum vos, Dani, murmuratis, „ arbitrium, ut ceterarum regis actionum, ita & itinerum, hujusqve expediti- „ onis non penes alium, qvam ipsum esse; parumqve oppido futurum, qvod apud „ ipsum verba sint mea effectura. Et qvicunqve regem nostrum cognoscit, „ eum esse deprehendit, qvi aliorum dictis rarissime aurem præbet, qviqve „ jamdiu assuetus suis se regere consiliis, suo cuncta genio administrare, „ haud facile alienæ sententiæ suam accommodat. Vos autem, Dani, insta- „ bili sæpe ut voluntate, ita fide estis. „ Hæc qvamvis proloqueretur, obtemperandum tamen ratus amicorum petitionibus, iter ingreditur, & aliqvot viris comitatus, regem accedit. Qvem statim ac rex vidit, edixit suis, ut comprehenderent Olavum, & manibus pedibusqve vinctum constrictumqve traherent, arctissime, ne qvo effugeret, custodiendum, neqve se unicum audire velle verbum, ab illo proferendum. Mirabantur multi, qvid esset, cur talia imperaret rex; Omnibus vero tantus terror injectus, ut nemo intercedere, nemo mandata ejus frangere amplius sustineret. Postero die Canutus certos homines nominat, qvi Olavum in Flandriam ad ducem Baldvinum, socerum suum, devehant: erat enim ducis istius filia, Edla nomine, Canuto regi matrimonio juncta, ex qva filium susceperat Carolum. Adduntur verba, qvibus Baldvinum rogent, Olavum custodiis asservatum apud se detineat, neqve unqvam compedibus ferreis, qvibus constrictus afferebatur, exsolutum, nisi ad mandatum ipsius Canuti regis, dimittat. Aderant non pauci, qvi

 regem

ſvorudu þvi er Knutr Konungr mællti, oc ſogdu ſva : Sva litz oſs herra, ſem þeſſi domr ſe helldr ſtridr, er þer dæmid þeſſum manni; þviat ver ſiam eigi, at hann hafi ſva brynar ſakar til at koma i ſlika prisund. Konungr ſvaradi : „ecki ber ek ſakar a henndr Olafi fyr„ ir alþydu mannz, en vita mun allz valldandi gud, ef þær eru no„ ckurar: ma og vera, ſegir hann, at þer vitid giorr en ek hverr „ madr Olafr er: en þat er ætlan min, ſagdi Konungr, at eigi mun „ langt lida, adr en Olafr mun ſialfr bera ſer vitni, hverr hann er„, þeſſir men foru med Olaf veſtr i Flæmingia land, ſem Konungr ſagdi fyrir, ok komu a fund Balldvina Hertuga, oc ſogdu honum ordſending Knutz Konungs, oc iarteinir þær er fylgdu til vidrtoku Olafs Sveinsſonar. Hertuginn giördi ſem Knutr Konungr hafdi ord tilſent : hann ſetti Olaf i turn einn hafan ; oc þar menn til gæzlu ; var þar rikt vardhalld ; ſitr Olafr þar um hrid.

XLIII. CAP.

Fra lidi Knutz.

Nu er at ſegia fra þeim mönnum er Olafi Sveins ſyni höfdu fylgt a fund Knutz Konungs : þeir urdu hræddir miok vid ofarar þær, er þeir ſa at Olafr hafdi. þeir komuz braut af hlaupi, oc komu a fund leidangrs lidſins ; oc ſögdu mönnum þau tidendi er ordit höfdu i þeirra ferd, ſögdu oc þat med, at Konungr mundi þar alldregi koma : hefir hann þat nu (*) ſynt, ſegia þeir, hverr madr hann er : hefir hann giort þat odæma verk, at þvi er betr at ſa heyrt er, hann tok nu brodur ſinn ſaklauſan, oc vel til höfdingia fallinn, oc ſetti i iarn : hyggiu ver at honum gengi þat til þeſſ, at hann hræddiz þat, at höfdingiar mundu helldr vilia hafa Olaf at Konungi en hann, oc þa mundi oc betr ſtanda riki i Danmörk, oc mundu menn þa eigi bua undir ſlikum oſſa. Vid þeſſa ſögu bra mönnum miök, oc attu haufdingiar þing oc ſtefnur, oc töluþu um þeſſa tiltekiu er Knutr Konungr hafdi haft þa, oc lagdi þa hverr ord til ſem ſyndiz. Voru þeir ſumir höfdingiar, er þat mælltu berum ordum, at alldregi mundi þrifaz Dana riki medan Knutr væri Konungr yfir, en hinir voru þo micklu fleiri, er eigi gengu a ber-haugg um fiandſkap vid Knut Konung, ſva at alþyda mætti þat reiſa, þott þeir væri i jöfnum hug ſem hinir. Var nu rada giörd mikil i hernum hverſu þeir ſkylldu fara med her þeſſum, er þar var ſaman kominn, en Konungr vill hvergi nær koma. Var um þetta langt talad, oc voru þeir fleiri höfdingiar er þeſſ fyſtu, at riufa ſkyldi ſafnadinn, oc leidangr þann enn mickla,

(*) ſynt ſ. hann Membr.

„ regem iſta præcipientem compellarent, dicentes: „ Nimis domine, ſevera „ nobis videtur & aſpera ſententia, qvam de viro pronuntiaſti, neqve enim „ apparet tantum ab eo eſſe crimen commiſſum, qvod vinculis & carcere de- „ beat luere. Ad ea rex: „ Mihi vero, inqvit, non lubet, Olavi crimen ad „ populum & vulgus deferre: cujus delicti, qvodcunqve illud fuerit, om- „ nipotens Deus teſtis. Neqve tamen fortaſſis, qvis & qvalis ſit vir Olavus, „ adeo obſcurum vobis. Ego certe qvantum colligere animi mei conjectura poſ- „ ſum, futurum video, ut intra haud longum tempus Olavus, qvalis ſit, de ſe „ ipſo teſtimonium ſit daturus.„ Olavum mox illi, qvibus id juſſum, compre- hendunt, ac, itinere in occidentem directo, in Flandriam abducunt. Ibi Bald- vino mandata Cnuti regis exhibent; una cum teſſeris, in majorem dictorum fidem adjectis; ut nimirum, qvid de Olavo Svenonis filio rex vellet fieri, duci certius conſtaret. Paruit dux, atqve Olavum altæ turri incluſum, homini- bus cuſtodiendum dedit. Isqve aliqvamdiu iſtic tenetur.

CAP. XLIII.

De Copiis Cnuti.

Nunc de viris etiam, qvi Olavum comitati ad conveniendum regem fue- rant, narrandum. Hos qvidem ea res non parum afflixit, atqve adeo perterrefecit, ut curſu ſtatim aufugientes, ocyus ſe conferrent ad claſſem, tra- jiciendo exercitui deſtinatam; ubi omnia, ut acciderant, & qvi itineris even- tus fuerat, retulere: Addiderunt inſuper, ſe neqvaqvam opinari, unqvam iſtuc venturum regem, qvi, jam depoſita perſona, qvali ingenio eſſet, oſtendiſ- ſet. Id enim manifeſtum ſatis reddidiſſe, facinore, qvo vix ullum atrocius auditum, qvando germanum fratrem juſſiſſet, virum omnis noxæ expertem, & principatui aptiſſimum, comprehendi, conſtrictumqve ferreis catenis onerari, nulla, qvantum judicari poſſet, de cauſa, præterqvam qvod pertimeſceret, ne proceres a ſe alienati, regno illum præficerent. Qvem eundem ſi, Cnuti loco, Dania regem nanciſceretur, neutiqvam dubitandum, qvin longe melius cum regno ageretur, neqve tantum injuriarum atqve violentiæ civibus foret ſubeundum. Ad ea verba multorum animis conſternatis, proceres inter ſe conventus & colloqvia agitare, in qvibus de Cnuti facto multiplices ſermones auditi, atqve, prolatis in medium ſententiis, varie illud, prout cuiqve erat ingenium, æſtimatum. Erant, qvi apertis verbis dicerent, nunqvam fieri poſſe, ut Dania ſe bene ſit habitura ſub iſto rege. Longe tamen plures nu- mero erant, qvi diſſimulabant odium ſuum, neqve palam, qvo animo eſſent, profitebantur, verecundia vulgi, ne ab eo proderentur, qvamvis nihilo meli- us, qvam ceteri, erga regem affecti. Claſſis deinde, qvæ ibi collecta ſtabat, magnam deliberationis materiam dedit, qvid nempe de illa faciendum, poſt- qvam ſpes nulla eſſet de adventu regis. Longæ res ea diſputationis fuit, ple-

mickla, er þar var saman-dreginn, oc gefa mönnum heimleyfi. Bænda mugrinn hliop up allr med einu sam-þycki, oc badu þann alldregi þrifaz er þar lægi lengr; sögdu þat oc margir ad naudgir hefdi roid þenna leidangr. Nordmenn badu þa bida, oc þola vel, oc giora eigi at hegoma mali ord-sending Konungs sins, oc sögdu hann bratt koma mundu. Danir æptu a mot þvi, oc badu Nordmenn liggia i fulltar kvi þeirri sva lengi sem þeim likadi. Eptir þetta rausz leidangrin, oc sigldu allir Danir i braut, oc heim, hverr til sinna hi-byla: þickiz sa bezt hafa er fyrst kemr heim. Oc þegar er rofinn var leidangrin, kom Knutr Konungr til Limafiardar, oc la þar fyrir Nordmanna herr; foru þeir þegar a Konungs fund, oc fagna honum afar-vel: Konungr vard miök reidr Daunum, er þeir höfdu rofid leidangrin, oc sagdi sva: Nu hafa Danir enn synt truleik sinn, nær sem ver fám þeim þetta golldit; oc var konungr hardla reidr; en stillti þo vel ordum sinum, sem hann var jafnan vanr, þott þeir hlutir bæriz at, er honum mislikadi all-miok. Nordmenn budu Konungi fylgd sina, at fara þan veg, sem honum likadi. Konungr svaradi: at þeim for vel oc dreingiliga, oc þeir höfdu vel halldit bod sins herra oc höfdingia; bad þa fara heim til Noregs, ok hafa mickla þock fyrir sina kvomu; en ver Danir munum enn verda vid at leikaz. Sidan sigldu Nordmenn heim nordr til Noregs. Eptir þetta vendir Knutr Konungr ferd sinni til Siolanndz: hann hafdi þa fiölmenni mikit: oc þa komu þar til hans þeir menn, er hann hafdi sent til Vindlandz. Þeir sögdu honum þau tidendi, at Vindr tæki med þöckum at hallda sætt oc frid vid Knut Konung; oc höfdu þvi haft her fyrir lanndi sinu, at þeim þotti hann otruligr; oc þeim var þat sagt, at Knutr Konungr ætladi at stefna her þeim til Vindlanndz enum mikla, er þeir höfdu spurt, at hann hefdi samandregid; villdu þeir vera vid-bunir, oc veria lannd sitt ef heriad væri land þeirra. Nu sendu þeir vinattu mal til Knutz Konungs oc giafir sæmiligar med, oc vard Knutr Konungr gladr oc lettr vid þessi tidendi,

XLIV. CAP.

Fra Knuti Konungi.

Eptir þetta for Knutr Konungr sudr til Fions, oc a þar þing vid bændr, oc veitir þeim storar atölur fyrir þa svivirding, er hann kallar at þeir hafi giört honum; segir at þeir skolu her fyrir sæta afarkostum. Eirikr Jarl for or Siolandi med Knuti Konungi brodur sinum:

risqve procerum eo inclinantibus, ut exercitus totaqve illa multitudo congregata dissolveretur, facta militibus domum reditionis potestate. Rusticorum turba uno ore fremere, omnia mala ei imprecari, qvi diutius ibi hæreret: cum nec, nisi coacti, atqve de novo bello male ominantes, ipsorum multi accessissent. Norvagi obsecrare, instare, patientiam moramqve svadere, ne irrita facerent mandata regis, qvem brevi adfuturum haud dubitabant. Impatientes moræ Dani regerere, sua sibi consilia Norvagos melius servaturos: qvibus utiqve permittendum, tam bella ut spe, qvantumcunqve vellent temporis, latrantes stomachos lenirent. Tum copiæ dilabi, ac in diversa abire. Danorum qvisqve se navigiis domum conferre, fortunatissimum eum existimantes, qvi lares primus revisisset. Vix dissoluto exercitu, ecce in sinu Limico Cnutus rex: ubi classiarios Norvagos etiamnum durantes videt. Hi adventu regis læti, studiosissime ipsum excipiunt. Rex, suorum impatientiam indignatus, levitatem eorum acrioribus verbis insectatur, his inter alia pronuntiatis: ,,Etiam hoc Dani fidei suæ specimen ediderunt, qvod aliqvando ut a me luant, sane promeruerunt.,, Interim tamen sui compos, uti semper, qvantumvis abunde esset, qvo offenderetur, iræ prudens imperare, verbisqve temperare. Norvagi sua eidem servitia offerre, addentes ductum sese ejus qvoqvo vellet, promtis animis secuturos. Qvos rex meritis ornatos laudibus tum ob fidelitatem, mandatis sui regis præstitam, tum ob affectum sibi declaratum, in Norvegiam remittit: cum Danis, qvibus regi suo illudere, qvam belli aleam tentare satius visum, alium sibi ludum instituendum. Norvagi itaqve domum se conferre: Cnutus in Sælandiam iter flectere, numeroso comitatu stipatus. Eo commodum pervenerat, cum, qvos in Vandaliam miserat, reduces haberet legatos, nuntiantes, stare Vandalis sententiam, foedera cum Danis inita sancte observare; neqve aliam fuisse causam apparatus bellici, qvam sparsum rumorem de expeditione Danica, qvæ in ipsorum terras suscepta credebatur, qvæqve fama ipsos excitarat ad vim hostilem a finibus suis procul amoliendam. Et qvo magis iidem pacis studium testarentur, legatos honorariis, ad regem transferendis auctos à se dimisere. His acceptis, Cnutus, solicitudine ista exempta, haud parum lætabatur.

CAP. XLIV.
De Cnuto rege.

Post hæc directo in austrum itinere Fioniam rex petit. Ubi multitudine convenire jussa, contumaciam colonorum asperis verbis pro concione increpuit: comminatus, ob illatam sibi contumeliam, à tergiversantibus justas se poenas sumpturum. Qvi regem ex Sælandia eo usqve secutus fuerat, Ericus comes, ipsum deprecari, ut plebeculæ ignoscat, nihil omittens verborum, ad ani-

um: Jarlinn flutti mal þeirra bondanna vid Konung, oc ſagdi at bændum hefdi eigi ſva mikill ill-vili gengid til vid Konungin, oc er þat, ſem ydr er kunnigt, herra! ſagdi hann, at al-þydan hlydir þvi ſem þa er talat, oc þickir þat æ vænazt rad, er þa er nygiort: nu var þat eina flutt til þeirra, herra! at þer mundud hvergi nær koma þeim her er ſaman var ſafnad. Talar Jarl her um langt oc dreingiliga eyrendi fyrir bonda hönd. Konungr var helldr ſtyggr, oc var ecki hægt at koma ordum vid hann. ſagdi þo, at bændr ſkylldi na ſættum; enn hann ſkylldi einn rada þeirra i millum. Sidan gengu þeir til Konungs, er hann hafdi meſt ſakir a, oc feſtu honum ſialfdæmi. Konungr lagdi ſtor giölld a þa, er hann hafdi meſt ſakar a hendi: letu her margir mikid fe fyrir, oc þotti mörgum þetta micklir afar-koſtir, enn þo þotti ſanñ enn bazti, at lata Konung einn ſkapa oc ſkera i millum þeirra, þar ſem þa var komid. Knutr konungr vægdi þeim ecki, þviat hann let þann dom hvern hafa ſem honum þottu ſakar til-falla, hvart ſem hann var rikr eda o-rikr. en þat þotti höfdingium of-rauſn, oc ſettu miök hug ſinn vid; enn þo bar engi trauſt á at mæla i moti konunginum.

XLV. CAP.
Fra Knuti Konungi.

Eptir þetta for Knutr Konungr ſudr til Jot-lanndz, oc kom þar lid margt til hans Konungr ferr nu rikuliga yfir landit, hefir micklu meira fiölmenni, en fyrr hafi haft Dana konungar. hann lætr boda up fyrir ſer veizlur, þar ſem hann vill dveliaz, oc lætr bændr þar hafa allan koſtnad fyrir: dvelz Konungr i ſumum ſtödum ſkamma hrid, enn þar allztadar lengr er honum þotti naudſyn til þeſſ krefia. I hveriu heradi þingadi hann vid bændr, oc hefir þetta ſama mal uppi, at hann bar ſakir a hendr þeim; kallar at þeir hafi giort honum ſvivirding, er þeir villdu eigi veita honum hlydni, eptir þvi ſem þeir voru ſkylldir til. Konungr talar langt oc ſniallt, oc ſtirt a hendr bændum, oc fannz margt þat i ordum hans, er til ſaka gipta var vid þa. Bændur ſvörudu fyrir ſik, oc færduz undan öllum ſökum; en þo i annan ſtad ſa þeir þat, at þeim mundi ecki hæfa, at deila kappi vid Knut Konung: hafdi hann oc mikinn ſtyrk fiölmennis, þviat hann hafdi til ſin bodit mörgum höfdingium: þar var þa med Knuti Konungi Eirikr Jarl brodir hans oc Benedikt Konungs brodir; Sveinn oc Aſtradr þorgunnu ſynir; þar voru oc med Knuti konungi brædur II. het annarr Palmarr, enn annarr Blackmarr. þeir voru foſt-brædr Edlu Drotningar, er Knutr Konungr atti. þeir

voru

animum fratris demulcendum, delictumqve qvantum liceret, elevandum. Qvippe qvod, ait, non ex malitia commissum, sed levitati potius nimiæqve „ credulitati adscribendum, qva mobile istud vulgus patere solet malevolorum „ fraudibus, callideqve constructis artificiis, qvoqvo velis, circumducier, novissima ut plurimum consilia habens pro optimis. Consideraret rex, exercitum falsis rumoribus delusum, de ipsius adventu desperasse. Hæc & alia id genus Ericus comes allegando, causam plebis apud regem orat: qui vehementi commotus ira, dictis aurem vix præbuit. Tandem autem exoratus, non alia se lege affirmat colonos in pristinam gratiam recepturum, qvam si arbitrio suo rem totam decidendam permittant. Primi omnium supplices regem accedunt, qvi graviore crimine obstricti censebantur, ipsiusqve beneplacito causæ cognitionem subjiciunt. Tunc, ut qvisqve majore in culpa deprehensus, ita acerbiore eandem mulcta luit. Ac sententiæ qvidem, licet haud justa ipsis videretur, ingratiis coacti se submittere, meliore nulla conditione se offerente. Neqve qvicqvam a rege de rigore isto remissum; sed absqve ullo discrimine, divesne an pauper esset reus, in universos pariter animadversum. Verum regni proceres hanc Cnuti severitatem, tanqvam odiosam oppressionem, detestabantur: tametsi nemo, non dicam murmurare, sed ne qvidem contra hiscere omnino ausus est.

CAP. XLV.

De Cnuto rege.

Istis in Fionia peractis, rex ab insulæ meridionali ora naves solvit, in Jutiam transmissurus: ubi magna ad ipsum civium multitudo confluxit. Qvam etiam ille regionem cum longe numerosiore comitatu peragravit, qvam qvisqvam Daniæ regum ante ista tempora consveverat. Sicubi subsistere ac morari placebat, convivia parari jussit, sumptusqve eorundem colonis imposuit. Alicubi longior, alibi mora facta est brevior, prout necessitatem exigere judicabat. Per omnes præfecturas, qva transibat, rex comitia indicit, incolasqve pro concione graviter coarguit contumaciæ, qva imperium suum detrectarant, haud sine contumelia. Coloni pro se respondere, intentatum sibi crimen, qva pote via elevare; cum rege tamen contendere veriti: qvippe qvem ingenti satellitio, magnaqve procerum caterva, qvam in societatem itineris adsciverat, cinctum conspiciebant: Inter alios regi tunc aderant Ericus comes & Benedictus, ambo ipsius fratres, nec non Sveno atqve Astradus, Thorgunnæ filii; præter binos germanos, Palmarum Blackmarumqve, qui una cum Edla Regina alti educatiqve fuerant. Hi corporis præstantia, usuqve armo-

voru micklir menn oc ſterkir, oc enir röſkuſtu menn, oc höfdu gott yfirlàt af Knuti Konungi.Margir voru oc adrir virdinga menn med Konunginum.

XLVI. CAP.

Fra þordi Dorra.

Þordr Dorri het madr, enn annar Tolarr Verpill. þeir voru Syslu-menn Knutz Konungs veſtr a Vændilſkaga, þar ſem heitir Hiarranda ſysla. þat er einn ut-ſkagi veſtr a Jot-lanndi. þetta riki er fa-tækt at þvi ſem annad riki i Danmörk. þadan voru þeir ættadir Asbiörn Jarl oc Eyvindr Bifra: þar heita Asbiarnar budir oc Eyvindar budir, er þeir voru fæddir. þeir þordr oc Tolarr ſpurdu at knutr konungr var a Jotlanndi, oc þat med, at hvar ſem hann for, atti hann þing oc ſteſnur, oc lagdi ſtor giöld a folkid. þeir ſpurdu oc þat med, at hann ætladi þvilikan koſt þeim Vandils bunum ſem ödrum mönnum, oc hann ſteſnir þannig, med þat ed mickla lid, er hann hefir ſaman dregid. Oc vid þeſſa frett lætr þordr Dorri ſteſna þing, oc bodar þar til öllum þeim mönnum, er þar voru hellzt rads menn oc nockurs verdir: oc er þing var ſett, var þar komid mikid fiölmenni. þa ſtod þordr Dorri up oc taladi, oc ſagdi ſva: Spurt munu þer hafa til Konungs þeſſa, er her ferr yfir land med rán oc rifs: hefir hann oc harkad ſaman miklu lidi, oc fiöl-menni, oc mörgum til oþyrſtar, en þo er þeſſ at vænta, at honum ſialfum gegni þat bratt verſt, þviat mer er þat ſannliga ſagt, at hann hafi fá dugandi menn med ſer: er þat oc liklikt; þviat fair munu dugandi menn verda til at þiona honum, þeir er manndoms menn vilia vera. þviat hann er otrur madr oc a-giarn, ſva at hann kann ecki hof at, oc ma hann at rettu kalla helldr viking en konung: hefir hann nu ſuma höfdingia drepna oc giört at obota mönnum, ſva at frændrnir ſkolu önga ſæmd fyrir hafa; en ſuma hefir hann af lanndi rekid fyrir öngvar til-giördir, en alla adra lagt i a-þián oc i þrælkan: man alldregi þeſſi a-þjan ok þrælkan ganga af landi þeſſu, medan hann er a lifi: oc er þat ſurda, er engi ſkal hafa þrek eda þoran til at ſitia honum eigi hveria ohæfu, er hann tekr til. Nu mun ek birta mitt ſkap-lyndi, at ek vil eigi hafa hans oſſa lengr yfir mer: ſe ek þat, at eigi mun duga ſva fatæku folki, ſem her er med oſſ, at hafa ſlikar pyndingar af honum, ſem annar-ſtadar hefir vid gengiz. Nu er higad torfæra mikil, ſem þer vitid, fyrir ſakir ſtorra fenia oc vatna, oc ef ydr litz ſem mer, þa munum ver eigi bida heima þeſſa van-rettis. Nu vil ek at þer ſegid ydarn

rum inprimis pollebant, regisqve in aula magni erant nominis. Insuper alii non pauci eximii viri in comitatum regis sese dederant.

CAP. XLVI.

De Thordo Dorro.

Provinciæ Vændilskagæ legati pro rege tunc temporis præerant Thordus qvidam Dorrus & Tolarus Verpillus, & qvidem in isto tractu, qvem Hiarrænda-fysla, hoc est, præfecturam Hiarranda, vocant. Hanc promontorium qvoddam Jutiæ, in occidentem porrectum, constituit, unde præ ceteris Daniæ præfecturis sterilitate laborat. Natales dedit regio ista Asbiorno comiti & Eyvindo Bifræ, testantibus tuguriis, qvæ ibidem etiamnum visuntur, in qvibus primitus hanc lucem aspexerunt. Hi cum audivissent de Cnuti in Jutiam adventu, & qvod freqventia ubiqve celebraret comitia, qvod graviores mulctas irrogaret, qvod eadem in Vandilscagenses decreta esset animadversio, (nam & simul nuntiatum erat, regem eo cum ingenti manu properare,) Thordus qvanto ocyus multitudinem convocat, &, ut qvisqve in plebe maxime eminebat, acciri jubet. Cumqve in unum freqventes convenissent, Thordus e sede sua surgens, hæc verba ad eos facit: „Circumsonant, ni fallor, aures vestræ infamibus grassatoris hujus latrociniis, qvibus, qvaqva pergit, cum ingenti prædonum colluvie infestas habet provincias, communemqve efficit calamitatem. Sperandum tamen est id ipsum ei propediem fraudi maximæ futurum. Pro vero enim mihi relatum, perpaucos eum notæ probitatis viros secum habere, qvod & oppido verosimile est: Nam qvi virtuti & honori student, adduci neutiqvam poterunt, ipsi ut serviant, qvem, nullius fidei virum, nullis expleri rapinis, nullis satiari cædibus omnes vident, ac prædonis potius qvam regis nomen promereri. Procerum nonnullos jam trucidavit, bonis eorum in ærarium redactis, nulla consangvineorum habita ratione. Qvosdam vero insontes proscripsit, plurimos misit in servitutem: Qva qvidem in universum sero aut nunqvam liberandum fore hoc regnum, ominor, dum ille in vivis fuerit. Ego vero non possum non mirari, neminem ea virtute vel audacia inventum, qvi tantam facinorum ejus indignitatem tolerare amplius recusaverit. Itaqve ego vobis profiteor, ipsius tyrannidi memet adversum restiturum: utpote qvi satis noverim, incolas hujus nostræ provinciæ, ceteris pauperiores, solvendis, qvas aliis irrogavit, multis haud omnino pares esse. Aditum ad nos, sicut nostis, prohibent ingentes paludes & fluvii: Ideoqve, si me auditis, hanc nolite injuriam domi vestræ exspectare. Nolite etiam me hodie, qvid vobis animi su-

ydarn vilia her um, hvart þer vilid þvi jata, ſem ek vil up taka, eda vilid þer taka ydr annad rad. þeir ſögdu, at þeir mundi hans forſia hlíta um þetta vand-kvedi: höfum ver þat lengi reynt, at þin forſia hefir oſſ vel i halld komid. þordr ſvaradi: Eigi vil ek til þeſſa mikils vanda mals, er mer litz þetta vera, ia-kvædi eitt ſaman hafa af ydr: þviat mer kemr þat i hug, ef Knutr Konungr kemr at vitia vár, oc eigi hann tal vid ydr, at hann fái flutt ſva ſitt mal, at ydr þicki þat ſannazt ſem hann talar; þviat hann er madr ord-ſniallr oc braugdottr, oc undir-hyggiu madr mikill: mun ydr hann verda slæg-vitr, oc vand-ſed vid honum, ef þer hlydit nockvod þvi er hann mælir. Nu vil ek at þer feſtid med þvi trunad ydarn vid mik, at hverr ſa madr, er nackvad er eignadr, fái mer i henndr lauſafe sín öll: þviat ek vil þau vardveita, þar til er nockurr or-ſkurdr verdr þeſſa mals: vil ek eigi þenna trunad meirr undir ydr eiga, en þeſſa koſtar: En ef þer erud ſtödugir vid mik at hallda þetta, er nu hofum ver vid-mællz, ſem ek trui ydr vel til þeſſ, þa ſkolu þer taka vid fe ydru. (*) En ef þer bregdiz mer i trunadinum, oc verdi konungr viſſ þeſſar rada-giordar, þa mun audſær minn koſtr; en þer munud fa af honum ſtorar reffingar, þott þer halldit lifinu, oc mun þat þo kallad, at ſakir ſe til þeſſ. þa ſvaradi Tolarr Verpill: Vitum ver um þetta alþydu vilia, at engi vill her leggia ſitt mal a Konungs valld, þott hann giöri ſik ſva ſtoran, at hann hyggiz ganga munu med o-fridi um allt þetta land. Er þat varr vili, at nu ſe tekid nackvad ſkiott rad oc gott: vilium ver, þordr, at þu bindiz meſt fyrir, at vera höf-uds-madr fyrir lidi þeſſu, þviat þu ert var vitraztr. þa mællti þordr: hvart er þetta allra manna vili oc ſamþycki, þeirra er nu eru her ſaman komnir? þvi iatudu þeir at ſva væri. þat rad vil ek þa fyrſt giöra, ſagdi þordr, at ver halldim ſafnadinum, ſva at ver latim öng-an þann i bröt er nu er her kominn, helldr ſafnim ver vid: förum ſidan til ár þeirrar, er a veg Knutz Konungs er, ef hann vill hingat ſækia til var: ok ef þeir vilia hingad leita til var, þa ſkolum ver ver-ia þeim vadit. Eptir þetta var slitid þinginu, oc foru þeir med all-an her þenna, þar til er þeir komu til arinnar. þar ſpurdu þeir þau tidendi, at Knutr Konungr var ſkamt þadan, a veizlu, þar ſem heit-ir at Sæfar enda. þat er i innanverdum Lima firdi: þeir giordu þa fra ſer nioſnarmenn, oc letu nioſna um fiölmenni Knutz Konungs, oc hvert rad hann tæki.

(*) *Membrana habet:* En ef þer bregdiz mer i trunadinum, þa mun audſær minn koſtr, oc verdi Konungr viſſ þeſſar radagiördar; en þer munud &c.

CAP.

„super re præsenti sit, celare: qvum sane magnopere mea intersit, cognosce- „re, utrum meæ sententiæ, an potius contrariæ, „ vobis lubeat accedere. Ad hæc multitudo uno ore respondet, se in talibus deprehensos angustiis, consilia ejus secuturos: diuturna enim experientia edoctos esse, eadem sibi semper magno fuisse emolumento. Qvibus regerit Thordus, „ nolle se „ in re tam difficili nudo illorum consensu adqviescere. Timere enim, ne, si „ adventaret rex ipsosqve compellaret, forent ad alia omnia pertrahendi „ ipsius oratione: qvippe qvi facundus non minus, qvam versutus, ac valde „ subdolus, facile iis posset palpum obtrudere, cumqve ipsos prudentia supe- „ raret, perversa consilia sua nullo negotio incautis approbare. Insuper sibi „ placere, fidem suam hoc modo confirmarent, ut unusqvisqve ruta cæsa sua, „ qvæ alicujus forent pretii, sibi traderent, servanda, donec negotium qvoqvo „ modo finiretur; neqve enim aliter se, qvam istis pignoribus in securitatem „ oppositis, constantiæ ac sinceritati eorum fidere. Ita vero, si jam memora- „ ta præstitisent, fideliterqve observassent, pignora sua sarta tecta recipe- „ rent: Sin datam fidem violent, regiqve hoc consilium patefiat, conditio- „ nem suam manifestam esse, se scilicet capite pœnas luiturum; eos vero, & si „ vitæ parcatur, ingentibus tamen suppliciis eandem redempturos esse, utpote „ qvi novissima exempla meriti haberentur.„ Excipit Dorri semonem Tolarus Verpillus hoc responso: „ Ea qvidem de re, qvam proposuisti, animum & vo- „ luntatem plebis probe novimus. Ex hac enim multitudine nemo unus inve- „ nitur, qvi cognitionem causæ regi committere velit, qvantumcumqve ille, „ ut est arrogantissimus, viribus suis tribuat, ratus, se iisdem vastitatem „ perniciemqve universæ regioni nostræ posse inferre. Igitur nostrum consi- „ lium est, ut absqve mora, qvid e re communi sit, deliberemus, recteqve „ deliberata qvanto ocyus exeqvamur. Volumusqve, ut tu, Thorde, qvi „ nos omnes sapientia rerumqve usu antecellis, hujus cohortis imperium ca- „ pessas.„ Thordus, an ea cunctorum jam præsentium voluntate ac suffragiis rata sint, inqvirit. Qvod ubi ita esse comperit, „ hoc ergo primo, ait, propo- „ situm mihi est, copias modo collectas neutiqvam dissolvere, nec cuiqvam eo- „ rum, qvi adsunt, commeatum dare: qvin & consultum arbitror, majori- „ bus indies viribus nos firmare, deinde fluvium obsidere, qvi Cnuto regi, si- „ qvidem nos adire omnino destinaverit, transmittendus est, atqve ita vado „ arcere.„ His dictis, concionem dimittit: inde ad fluvium properatur: audi- turqve, Cnutum regem haud longe absentem alicui convivio interesse, in lo- co, Sæfarenda appellato: qvod vocabulum terminum maris significat. Vi- cus iste ad intimam sinus Limici oram situs est. Hinc exploratores mittun- tur, qvi de copiarum regiarum numero ipsiusqve consiliis eos certiores red- dant.

XLVII. CAP.

Fra Knuti Konungi.

Knutr Konungr var at veizlu at Sæfarenda, sem adr var sagt, oc ætlar at giora sendi-menn vestr til þeirra Vandilsbuanna, oc ætlar þar gialld á at leggia, sem annarr stadar; enn hann sialfr villdi eigi fara, þviat honum var sagt þangat tor-færi mikid. Knutr Konungr nefndi til þessar ferdar Svein oc Astrad þorgunnu sonu: haufdu þeir med ser. lx. manna. haufdu þeir þa ecki spurt lid-safnad þeirra Vandils skaga buanna: foru þeir brædur þar til er þeir komu at á einni mikilli: audrum megin arinnar var fiöl-menni mikid. þeir menn voru allir vapnadir, oc letu helldr ofridliga, oc fylktu þegar á arbackanum, vid vadit, er þeir sá at hinir ridu at ánni. þa mællti Sveinn þorgunuson: þessir gánga vel i moti, at færa oss gialldid, oc munu þeir þat vita, at oss er her okunnigt, oc hafa þessir menn micklu betr giört enn adrir ætludu: skolu ver þeirra mal vel flytia, er ver komum til konungs. Alldregi veit ek þat, sagdi Astradr: mer þickia þeir ecki sva truligir sem þer. þeir þordr heyrdu nu hvad þeir töludu. þa mællti þordr Dorri: þer skolud verda eigi sva bradfegnir; þviat ek vænti þess, at þat sama gialld hafid þer hedan sem þer erud makligstir. Eru þat en mestu firn, er þer ætliz fyrir, at leggia a allt folk a-naudar ok: er oc þess ván, at þer finnid sialfa ydr fyrir: eru menn þess þo latari, enn likenndi mundi a-þickia: munu þer oc ydrum ojafnadi annarstadar meirr fram-koma en her: Sækid nu at ef þer þorid. þa svaradi Sveinn þorgunnuson: þessir eru ordstorir miök; eda hvad litz ydr rad? skolu ver rada til arinnar? Astradr svaradi: Nu for sem mik grunadi, at þeir mundi eigi færa oss þat gialld er oss væri fagnadr i, oc ecki syniz oss þat rad, at rida á ána: þviat þeir hafa her mannz; en nu þarf ecki at dyliaz vid hvad þeir vilia. Sveinn svaradi: ecki mun Konungi þa þickia rekid sitt örendi; er þat oc sva, ef ver skolum ecki fleira vid-eigaz, oc skolum ver eigi flyia þegar fyrir stor-yrdum þeirra: munu menn þessir vera stad-litlir, ef vid þeim er horft, oc skolu ver vist herda a-fram: þeir bidia hann rada. Sidan rida þeir Sveinn ut á ána; en hinir skiota þegar á þa oc gryta, gengr þeim seint framm-reidin. laumduz hlifar þeirra af grioti,

CAP. XLVII.
De rege Cnuto.

Dum in vico Sæfarenda Cnutus, ut jam audivimus, convivium celebrabat, ad Vendilenses mittere decrevit qvæstores, qvi ab eis, qvemadmodum & alibi factum, multas exigerent. Ipse etenim istuc ire consultum haud duxerat, viarum iniqvitate & saltibus inaccessis deterritus. Negotium vero totum demandavit Svenoni & Astrado Thorgunnæ filiis, qvi, assumptis secum sexaginta hominibus iter ingressi sunt: nec dum enim de Vendilscagensium conjuratorum motu qvidqvam audiverant. Progrediuntur inoffenso pede, donec ad fluvium ventum est, cujus ulteriorem ripam numerosis copiis obsessam inveniunt: qvæ armis instructæ hostilem animum gestibus ostentant, atqve conspicientes Svenonem cum suis se ad fluvium transmittendum parare, ad vadum in ripa ordines capessunt. Tum Sveno: ,, Hi, inqvit, ultro nobis occurrunt multam exhibitum, idqve, uti credo, qvod ignaros viarum nos esse intellexerint, meliusqve se gerunt, qvam forte alii ab iis expectaverint. Est itaqve, qvod eorum causam ad regem reversi omni studio agamus. Cui ,, Astradus: De hac qvidem re, inqvit, valde dubito, neqve idem mihi de ,, eorum probitate persvasum, qvod tibi. ,, Hunc illorum sermonem Thordus cum suis exceperat; nec cunctatur eis hæc reponere: ,, Nolite gaudio nimis ,, præcoci exsultare. Credo enim tributa vos, non qvæ speratis, sed qvæ meruistis hinc ocyus reportaturos esse. Neqve satis mirari qveo propositum vestrum, qvo universo populo servitutem imponere destinastis. At sperandum ,, potius, vobismet ipsis molituros vos perniciem esse, ad qvam vobis pro merito ,, inferendam videntur municipes justo segniores. Ego interim vobis auctor ,, fuero, uti cruenta vestra consilia alio vertatis, hic minus profutura. Sin ,, aliter vobis videatur, accedite sultis. Tum Sveno Torgunnides: thrasones hi, inquit, insolentius, qvam par est, se efferunt, qvos utrum fluvium ,, transmittendo propius adire consultum ducatis, necne, scire percupio. Respondit Astradus: Res ista, uti præsagiebam, cessit: eos nempe tributa nobis haud allaturos, ex usu nostro qvæ forent. Fluvii autem transitum eqvidem omnino dissvadeo, tantis inimicorum copiis adversam ripam tenentibus: qvæ sane, qvid in animo habeant, ignorare nos non sinunt. ,, Excipit Sveno: ,, negotia nobis injuncta nos strenue obiisse, rex neutiqvam, credo, judicabit, & recte qvidem, nisi plura tentaverimus. Ideoqve inglorium censeo, ,, sesqvipedalibus horum verbis territos retrocedere, qvippe qvos opinor primo ,, etiam adspectu nostro facile percellendos fore. Recta igitur ad eos tendamus, adoriamur. ,, Consentiunt Svenoni ad unum omnes: Qvi cum suis fluvium intrat; sed hi tardius processere, qvod jaculis & lapidibus ab adversæ

ioti, en þeir urdu farir af ſkotum. Þa mællti Aſtradr: ſnuum aptr nu, ſagdi hann; oc hefdi betra fyrr verid. Sveinn kvad þat alldregi verda ſkylldu, at þeir ſkildi vid slika ſneypu, oc keyrdi fram heſtinn med ſporum. Þa tok Aſtradr i beisl-taumana, oc ſnori aptr heſtinum undir honum, oc let hann þeſſu eigi rada; þviat hann ſa, at þetta var en meſta ofæra. hann var manna ſterkaſtr, oc matti Sveinn ongri ſpinendi vid-koma: ſnoru þa oc aptr allir förunautar þeirra. Sveinn var all-reidr, oc foru nu aptr enn ſama veg, oc koma á fund Knutz Konungs, oc ſaugdu honum ſin orendi. Konungr var þa buinn at rida fra veizlunni at Sæfarenda. Konungr vard ſtyggr vid þeſſa ſögu: Sveinn var enn odazti: bad Konung ſenda örfar-bod um öll en næſtu herud, oc ſtefna lidi til ſin, oc fara til motz vid þeſſa menn, oc beriaz vid þa, oc reka slikar van-mennur af höndum ſer: eru þetta en meſtu firn, ſagdi hann, er þeir hafa up-hlaupid til o-fridar, oc giöra ſtyriolld i moti ydr, er enſkis eru verdir: ſkyldi þeim þann ö-fagnad giöra, at þeir mætti lengi ſidan minni til reka. Konungr ſvaradi: All-odr ertu nu Sveinn, oc ecki væri þeir þeſſa o-makligir, en þo munu ver her annad rad fyrir giöra, enn beriaz vid menn vara. munum ver enn ſennda menn til þeirra. mun þa þeſſi ofridr ſtödvaz; en ek mun fara nordr til Fions, ſem ek hefi ætlad. Konungr kallar til ſin höfdingia þann er Toli het. hann var kynſtorr, oc enn kurteiſaſti, a ungum alldri. Konungr mællti til hans: þu ſkallt fara til fundar vid menn þeſſa, er oſſ er ſagt, at hefia vili mot-gang vid oſſ; ſeg þeim ſva, at þeir fari heim til hibyla ſinna, oc eydi flocki ſinum; fari þeir ſidan á minn fund, er þar eru hellzt fyrir-menn, oc ſemium ſidan ſættir varar. Eptir þetta ſkiliaz þeir Knutr konungr. ferr Konungr þangad til er hann kemr nordr til Fions, oc for þar at veizlum: Toli for oc ferdar ſinnar, oc hafdi med ſer. lx. manna.

XLVIII. CAP.

Fra þordi Dorra.

Þat er at ſegia fra ferd þeirra þordar Dorra, at þeir ſtefna þa ſömu leid, er þeir Sveinn höfdu farid, eptir fund þeirra; oc giora þat nu öllum mönnum kunnigt, at þeir ætla at ſtefna þeſſum her i moti Knuti Konungi: oc for þetta lid æſt miök: Oc ſva ſem menn ſpurdu þeſſa nyiung, oc up-reiſt manna þeſſa, þá hliop þar hverr til ſem ádr var ſtaddr, oc ſogduz æ vilia i flockinn; vard þetta bratt mugr mannz: oc hvar ſem þeir komu, þa höfdu þeir allt þat er þeir villdu

ripæ obsessoribus impeterentur: ita ut disruptis, labefactatisqve per hostium jactus armaturis, plures vulnerarentur. Id animadvertens Astradus, receptum svadet, qvem maturasse consultius fore jam ante judicarat. Cui Sveno refragatus, post tantam acceptam contumeliam nullatenus se fugam arrepturum dicit: & cum dicto eqvum calcaribus concitat. Astradus correptis frenis, eqvum, cui Sveno insidebat, retroflectere, ardori ipsius minime indulgens; qvippe qvem præsentissimum in periculum videbat ruiturum. Erat autem stupendis viribus pollens Astradus, ita ut neqvicqvam Sveno reluctatus tandem recesserit: qvem socii, dato receptui signo, seqvuntur, ira furentem. Itaqve re infecta, ad Cnutum reditum accelerant, a convivio Sæfarendensi discedere jam parantem. Qvi non sine summa indignatione reduces audivit, de iis, qvæ ad fluvium sibi acciderant, disserentes. Ex iisdem Sveno iræ impatiens hortatur regem, per vicinas provincias classicum cani ut jubeat, signaqve in refractarios istos moveri, qvo dissipentur, atqve pro merito puniantur. „Intolerandæ enimvero insolentiæ fuisse, tales excitasse motus, & adversus regem „dominumqve suum arma sumpsisse homines nihili, sufficientibus tam auda„ci facinori destitutos viribus. Animadvertendum igitur serio in ipsos esse, „qvo promeritæ castigationis memoria alte ipsorum animis inhærere posset. „Ad hæc rex: „justæ qvidem iræ plus tamen justo indulges, mi Sveno, cum „nobis longe alia allubescunt consilia, qvam qvibus tu hortaris, ut cum mihi „subjectis hominibus manum conseram, etiamsi gravissimas poenas promeri„tis. Qvin potius nuntios denuo ad ipsos mittamus; qvo sedatiores facti, posi„tis armis, ad officia sua redeant: de qvo haud utiqve desperamus. Ego in„terim consilium, qvod prius ceperam, in Fioniam proficiscendi, perseqvar.„ Qvibus dictis, Tolonem qvendam, magni nominis virum, arcessiri jubet. Erat Tolo præclaro genere oriundus, florente juventa, moribus elegantissimis. Huic rex in mandatis dat, incolas rebelles ut adeat, suoqve nomine jubeat, globo conjurationis soluto, domum qvemqve suam repetere: tum ut qvi inter eos eminerent, se conveniant, conditionem accepturi, qva in gratiam restituantur. His mandatis a rege instructus Tolo, *ac sexaginta viris stipatus, iter ingreditur. Rex in Fioniam boream versus contendit, ubi parata sibi hospitia adiit.*

CAP. XLVIII.
De Thordo Dorro.

Nunc & profectio Thordi Dorri sociorumqve nobis commemoranda. Isti eodem itinere, qvod Sveno, cum suis, ad regem capesserat, recta pergunt, atqve omnibus, qvacumqve transitur, manifestum faciunt, se cum ista sua multitudine Cnuto regi occursuros. Ferocium instar animantium inconditum agmen proruebat: cujus fama terrore omnia implebat, obvios qvosqve eodem furore corripiens; ita ut brevi numerosum in exercitum creverit, nemo-

villdu. þetta ſpurdu þeir Konungs mennirnir Toli oc hans menn, voru þeir þa komnir hia þorpi nockuru, er þeir ſa herinn, oc var þat rikr ſtadr. Toli gengr þa up i ſtadinn, þviat menn eggiudu þa þeſſ, at fara helldr varliga oc gæta ſin; ſogduz þat ætla at þeir mundi ſáſſ letiaz at giöra, er höfdingiar voru fyrir lidinu. Toli gengr up i turn einn, er þar var i ſtadnum, oc nockurir menn med honum, oc villdi ſia er herrin for þat hia; villdi hann ſkynia ſem giörſt, hve mikid lid þetta væri. hann ætlar oc at tala þadan Konungs orenndi, þeir þordr höfdu oc ſpurt adr, ad Konungr hafdi ſenda menn til motz vid þa, oc ſva hvar þeir voru nu komnir. þeir fara nu fram hia ſtadnum, oc ſtaudva þa herinn. þordr ſpurdi, ef nockvod væri ſendi menn Konungs þar fyrir i ſtadnum. honum var ſagt at þeir voru þar, oc þeir villdi hann finna. þordr geck þa up i ſtadinn, med mickla ſveit manna, oc þangad er Toli ſtod i turninum, oc ſpurdi hvert örendi hann villdi flytia. Toli hof ſva mal ſitt: Hvert ætli þer at ſtefna her þeſſum: er þar mörgum forvitni a, hvi þer hafid þetta á henndr tekiz, at efna til u-fridar her innanlandz; muntu oc hafa einurd til þeſſ at ſegia hvad þer ætliz fyrir. þordr ſvaradi: Rett gaztu þar, Toli, at ek ſkal hafa dreingſkap oc fram-kvæmd til at ſegia þer þetta, þottu ſer all-mikill vinr Konungſins: ver ætlum þeſſi ferd eigi fyrr at letta, en ver finnum Konnunginn, ef hann þorir at bida var: oc ef ſa verdr fundr varr, ſem ver kioſum, þa villdim ver, eigi at hann kynni at ſegia fra tidendum. þa ſvaradi Toli: þeſſi ætlun er ſtorum o-heppelig, oc mun ydr at illu verda, ſem maklikt er, ef þer halldit þeſſu fram: Giorid helldr ſem ydr ſamir, ſnuiz ſem ſkiotazt fra þeſſu u-radi: er þat med öllu o-giöranda, at hataz vid ſva dyrligan herra oc höfdingia, ſem ver eigum: þionum honum helldr, ſem ver kunnum bezt. þat er var ſkyllda: þviat ver eigum konunginn rikan oc ſtiornſaman, truan oc ſid-godan, vitran oc örlyndan, oc at öllu bezt menntan: mun þa raum agefa um konungin, at þeir munu ſann-ordari er til hans mæla vel, en hinir er honum hall-mæla. Nu er þat bod Knutz Konungs, til allra þeirra manna, er unndir hans Riki bua, oc hafi nackvad giört aflaga vid hann, at hann vill unna þeim ſættar vid ſik: Vill hann at menn leggi ſitt mal a hans valld oc miſkunn, ſem vera a: vill hann hallda vid ydr Dani laug oc fornan landzrett; en hafa þar i mot af ydr hlydni, oc truliga fylgd: litid nu a hvat ydr ſamir: en þott þer þickiz nu hafa mikinn afla fiöl-mennis, þa mun ydr þo verda mikill hamingiu ſkortr vid Knut Konung; þviat ſva hefir þeim vordit, er meiri ſtorbockar oc rikari hafa verid en þer: giörid nu fyrir guds ſakir, godir

dreingir,

qve ei resistere aut qvidqvam denegare ausus sit. Nuntios qvoqve regios, Tolonem puta, ejusqve socios rumor iste afflaverat, qvi conspecto exercitu ad ingens qvoddam oppidum consistunt. Ipse Tolo ingreditur oppidum, consilio amicorum adductus, qvi svaserant, caute ut ageret, & saluti suæ hoc modo prospiceret: credibile enim qvi agmen ducebant, ab injuria & maleficiis haud temperaturos. Qvibusdam comitatus Tolo turrim conscendit, urbi imminentem, speculaturus transiens agmen, ut ejus numerum qvam diligentissime exploraret, unaqve mandata regia conjuratis exponeret. Interea Thordus jam non solum ab rege nuntios ad se mitti, verum etiam, ubi hoc tempore hærerent, intellexerat; qvare urbem præteriens, exercitum parumper jubet consistere, interrogatqve, an ibi nuntii adessent: Qvos ubi accipit se conventum velle, multis stipatus militibus urbem intrat, ac turrim, in qvam Tolo adscenderat, accedit, sciscitaturus, qvid illi a rege negotii mandatum esset. Qvem Tolo sic affatur. „Qvonam obsecro vos cum ista multitudine tenditis? multi enim scire avent, qvid vos adduxerit ad motus intra regni limites ciendos. Eqvidem sic habeo, Thorde, tantum in tuo corde confidentiæ inesse, ut propositum vestrum, qvale qvale istud sit, palam haud erubescas profiteri„. Respondet Thordus: „Recte judicasti, Tolo, audaciam mihi non deesse, ad hoc tibi, qvantumvis regi carus sis, aperiendum. Certum nimirum nobis, neqvaqvam hoc itinere desistere, usqve dum regem invenerimus, modo ille sustinuerit adventum nostrum opperiri; qvin etiam, si nostra hæc expeditio ex voto cesserit, regem e medio tollere, decretum.„ Ad qvæ Tolo: „Propositum vestrum impium omnino est, vobismetqve ipsis in perniciem vertet, si perstiteritis: Facite potius, ut scelerato consilio abjecto, in viam qvantocyus, unde deerrastis, atqve ad intermissa obseqvia redeatis. Summum enim nefas fuerit velle tam præclaro domino ac principi, qvalis nobis imperat, contumaciter reluctari. Qvin promptissimos nos exhibeamus ad præstandam ei, ut par est, omnem obedientiam. Rex nobis obtigit potens, severus legum custos, fidus, optimisqve moribus, sapientia, liberalitate; omnibusqve animi ingeniiqve dotibus præclare instructus. Qveis consideratis, facile adducor ut credam, ipsa experientia fidem potius eorum confirmari, qvi de eo bene, qvam qvi male loqvuntur. Scitote porro, regem Cnutum omnibus regni sui incolis, qvi contra se deliqverunt, viam reconciliationis aperire; oblata conditione, ut si qvid fortassis causarum habeant, ipsius arbitrio committant, ex æqvo justoqve cognoscendum: Etenim hæc ipsi firma stat sententia, vestra, Dani, defendere antiqva jura, legesqve patrias sartas tectas servare; qvapropter a vobis vicissim fidele obseqvium exigit. Attendite nunc, vos obsecro, animos ad ea, qvæ vos decent. Qvamvis enim multitudini vestræ confidatis, sperandum tamen æqviore belli fortuna regem, qvam vos, usurum. Id qvod alii vobis fortiores potentioresqve experti sunt. Per De-

dreingir, fagdi hann, oc ydra naudfyn, fetid nidr þenna ftorm, oc vikiz til fætta vid Konung ydarn. mun ydr þat enn audvellt verda, þegar er hann fer at þer þickiz þetta ofgiört hafa; þviat hann likn-ar hvers mali þvi meirr, fem hann fer at ftærra hefir af-giört vid hann: fkolum ver oc flytia ydart mal, fem ver kunnum, ef þer vilid nu giöra fyrir min ord. Enn er Toli lauk mali finu; þa fvaradi Þordr Dorri: Þeffi madr hefir margt mællt um hrid, oc fleft ófatt: er hann raunar einn falfari; fkolu þer ecki trua ordum hans: hefir Konungr hann fett til at tala mál fitt, oc ætlar at menn fkylldi nockurn trunad leggia á slikt: nu gefum ongan gaum at þvi er hann flytr; En marg-ir menn mælltu, at Toli þætti vel hafa talad, oc þat væri fannligra at fnuaz eptir hans fortölum, oc fættaz vid Konung. En er Þordr fa nockura hopan a lidi finu, þa tok hann fpiot or henndi manni er ftod hia honum. hann fkaut fpiotinu up i turnin, þar er Toli ftod, oc kom a hann midian, fva at hann feck þegar bana: þotti þetta mörgum mönnum mikill fkadi.

XLIX. CAP.

Fra Þordi Dorra.

Eptir þetta helldu þeir Þordr fram ferdinni, þar til er þeir komu til Sæfarenda, a veizlu þá, fem Knutr Konungr hafdi verid. Þar var eitt rikt Konungs bu, oc red þar fyrir (*) ar-madr Konugs. Þeir drapu þegar ar-mannin, en ræntu fe öllu. Þeir fpurdu, at Knutr Kon-ungr hefdi farid nordr til Fions, oc hafdi ecki meira fiöl-menni, en hann hafdi adr haft. Þeir fendu nu ord höfdingium þeim er þar voru næftir, oc rikum bondum, oc letu fegia i hvert efni þa var kom-id um þeffa rada giörd; bidia þa minniga vera þeirra motgiorda er Knutr Konungr hafdi veitt þeim; badu þeir menn nu fkiott vid-vikiaz, at Konungr fengi eigi lidi at fer komid, adr þeir fyndiz. Þetta þickir öllum mikid undr, er þeffir menn hafa giördz til sliks ftorræd-is, er naliga voru med öngum merkium. Nu kom þat framm fem fyrr var ritad, at margir haufdingiar voru miök fiandfkapadir vid Knut Konung; þviat þeir þoldu honum eigi rettendi: voru þvi fleftir fliotir til up-reiftar i moti honum, oc þyrfti litla fram-eggian adra: biotz nu fva hverr fem fpurdi þeffi tidendi: Var þat a fám dögum,

(*) armadr Konungs, en drapu þegar armannin *membr.*

„ um immortalem ego vos, perqve salutem vestram obtestor, cives optimi, „ componite motus istos, & cum rege vestro in gratiam redite; qvod factu „ vobis etiamnum facile erit, si resipiscere vosmet, vestræqve contumaciæ ul- „ tro poenitere viderit. Tanto enim magis ille omnium miseretur, qvanto gra- „ vius in eum deliqverint. Nos insuper, si qvid in nobis est auctoritatis, qva „ apud regem nostrum valeamus, totum vestræ promovendæ causæ impende- „ mus; modo in eadem monitis meis obtemperaveritis „. Hæc ubi dicta Tolo dederat, Thordus Dorrus ita infit: „ In hoc, qvem audistis, viro satis „ est eloqventiæ, sinceritatis parum; qvippe falsa plurima effutivit, qveis „ fidem habere nolite. Huic enim non minus facundo verborum, qvam versu- „ to fraudium architecto causam suam agendam rex commisit, ratus nobis „ suis posse lenociniis os oblinere, qvibus aures sedulo obturetis, velim „. Sic qvamvis ille concionaretur, attamen haud pauci erant, qvi contra dictitabant, Tolonem apte atqve ad rem præsentem apposite dixisse; consultumqve sibi existimari, ut ipsius monitis obtemperantes, regi reconciliarentur. Thordus suos animi pendere videns, deqve mutando consilio agitare, prosiliens, adstantium cuidam ê manu hastam eripit, eaqve in turrim projecta, Tolonem medium transfigit: qvi ex hoc ictu, non sine ingenti multorum luctu, interiit.

CAP. XLIX.
De Thordo Dorro.

Occiso Tolone, Thordus cum suis iter proseqvitur, donec ad vicum Sæfarendam, ubi Cnutus diverterat, est ventum. Erat ibi domus regia, ingensqve divitiarum copia, qvas villicus a rege præfectus servabat. Hunc interficiunt, pecuniamqve omnem diripiunt: auditoqve Cnutum non cum majoribus copiis, qvam antea habuerat, septentrionem versus in Fioniam transfretasse, proceribus qvi vicini ditioribusqve colonis per nuntios significant, qvantum in negotio isto profecerinit, rogantes, ut ipsi memores injuriarum, sibi a Cnuto illatarum, conjuratæ multitudini, qvanta fieri posset, festinatione se adjungant, regemqve, antequam possit ipse copias colligere, adoriantur. Stupere omnes ad novitatem rei tam insolentis, qvod homines nullius fere nominis, tam exiguis viribus tantum facinus auderent. Cumqve, ut antea memoratum, haud pauci procerum Cnutum regem odio proseqverentur, justumqve ipsius imperium detrectarent, ad seditionem, etiam nullo alio instigante, promptissime currebant, ita qvidem, ut qvocunqve fama seditionis pervadebat, illico se qvisqve bello accingeret. Unde intra paucos dies tanta agmini colonorum facta accessio, ut vix numerus iniri potuerit. Adde qvod plurimi optimatium sese multitudini immiscuerant, qvorum principes Asbiornus Oelandiæ comes, & Eysindus Bisra: Hos inprimis adduxerat conjunctio

dögum, at ſva mikill herr drotz ſaman, at varla feck talt. Voru þa i þvi lidi margir ſtorir höfdingiar. Þar var kominn Asbiorn Eydana Jarl oc Eyſindr Biſra; þviat þar voru adr i lidi med þeim Þordi margir frændr þeirra, vinir oc kunningiar, er komnir voru veſtan af Vendilſkaga. Þeir attu ſidan tal ſin i milli, oc redu þat af, at her þeſſum ſkylldi ſtefna nordr til Fions, til motz vid Knut konung, oc taka hann af liſi: Tok þa Asbiörn Jarl at hafa for-rad fyrir lidi þeſſu. Sidan foru þeir med her þenna nordr i Randar-os, oc dvölduz þar nockurar nætr; kom þar oc mart lid til þeirra.

L. CAP.

Knutr Konungr var nordr a Fioni, þa er hann ſpurdi lát Tola, oc lids drátt þann er höfdingiar höfduſſaman-dregid i moti honum; oc þat med, at þeir hofdu o-flyianda her; oc þat eina ord-tak þeirra, at þeir ætli at honum at ſtefna. Hann ſendi þa menn fra ſer, oc ſtefndi til ſin lidi af herudum, oc lagdi rikt vid, en þar höfdu allir ein ſvör, at hvarigum mundi veita, Konungi ne bændum. Knutr Konungr ſendi oc menn a fund Edlu Drotningar, konu ſinnar, oc bad hana fara or lanndi i brott, ſem fyrſt, a fund Balldvina Hertuga, fedr ſins, i Flæmingia landi, oc hafa med ſer Karl ſon þeirra Knutz Konungs, oc allt lauſá-fe, þat er hon mætti med-komaz, oc dyr-gripi, þa er hon fengi.

LI. CAP.
Fra Böndum.

Nu er at ſegia fra bonda hernum: at þeir voru i Randar-óſi, oc afla ſer þar ſkipa, oc ætla at flytia herinn nordr yfir Medalfarar ſund til Fions. Þa kvaddi Asbiörn Jarl þings, oc talar fyrir lidinu, oc mællti ſva: hveria ætlun hafi þer á um fund þenna, er þer ætlid at eiga vid Knut Konung? Nu þo at hann hafi litid lid hia her þeim enum mickla er þer hafid, þa mun þo þurfa nockvod rad annad fyrir at giöra, ef hlyda ſkal; þviat hann hefir ein-vala lid, oc kænt vid orroſtu: mun ydr Knutr Konungr reynaz prettottr oc slægvitr: hefi ek þat ſpurt til ſannz, at hann hefir fengid nióſn af ferd varri: þætti mer þat rádlikt at nockurr vitr madr færi a hans fund af lidi varu med ſættar bodum, oc mætti þa ſkynia fiölmenni hans eda

junctio sangvinis atqve amicitiæ cum multis eorum, qvi Thordi hortatu & auspicio arma sumpserant, eumqve fuerant ex occidentali Vendilskaga ducem secuti. Deinde habita deliberatione, statuunt collectas copias, directo in Fioniam itinere, traducere adversus regem; qvem & neci dare constitutum. Imperium exercitus Asbiornus comes suscipit, flexoqve in septentrionem itinere, Randerusium versus, signa movet. Hic aliqvot noctes consistit, & confluente ad ipsum undiqve magna multitudine, augetur.

CAP. L.

Cædes Tolonis Cnuto nunciatur in Fionia commoranti: unaqve affertur, proceres ingentes conjuratarum copias adversus eum ducere, nec non eosdem hoc cum invicto exercitu eum impetere, animo sibi firmiter proposuisse. Qvo accepto, per certos homines arma vicinis provinciis sub gravi poena imperat: sed ubiqve spreto imperio, repulsam fert, dicentibus universis, se neqve regi, neqve colonis suppetias laturos. Itaqve reginam Edlam per nuntios monet, qvanto ocius è regno discedat, & assumpto Carolo filio rebusqve pretiosissimis convasatis, ad patrem Baldvinum Flandriæ ducem se recipiat.

CAP. LI.

De Colonis.

Conjuratorum colonorum agmen, ubi ad Randerusium consedit, in eo occupabatur, ut navigia conqvireret, qveis fretum Middelfartense in Fioniam trajiceret. Advocat ibi concionem Asbiornus comes, hæcqve effatur: „Qvid de expeditione isthac, contra Cnutum regem decreta, sentiatis, facite ut sciam. Ille qvidem exiguas habet copias, si cum vestro hoc agmine, „admodum numeroso, conferantur. Qvod si vero tantis viribus præclarum, „qvod destinastis, facinus peragendum, maturis consiliis opus est, ne qvid „temere aggrediamini. Est enim miles regi selectus, est bello strenuus: ipse vero militari scientia ac astutia cedit nemini. Præterea ex vero mihi „relatum, jam de motu atqve itinere nostro certiorem esse factum: Itaqve „consultum duco, ut aliqvis prudentia inter nos conspicuus ad illum mittatur, „obtentu qvidem reconciliandi nobis ipsius animum, sed re ipsa, ut numerum

eda radagiörd, hvad hann ætlaz fyrir. Þetta þotti fleſtum mönnum þiod-rad, enn þo voru menn o-fuſir ferdar þeſſar. Þa mællti Jarl: Mun eigi þat rad, at ek fara ferd þeſſa a fund Knutz Konungs? vid höfum opt reynz hugi vid. Sidan for Jarl a ſkipi yfir ſundid, med nockura menn, en annad lidit fluttiz ſidan yfir ſundit: var fyrir þvi lidi Eyfindr Bifra: oc var engi grimmari ne verri i ſinum til-lögum en hann, ne meiri hvata madr, at þetta ſkyldi ſem fyrſt verda fram gengt. Var ſva ætlad, at Asbiörn Jarl ſkylldi koma aptr i moti lidinu, þá er hann hefdi adr funndit Knut konung, oc ſkyniad rada giördir hans oc lids fiölda. Oc er lidit biotz til ſkips ferdar or Randar-oſi, þa mællti Þordr Dorri vid Tolar Verpil felaga ſinn: Nu munum ver ſnua aptr med vart lid; þvi at nu eru her komnir ſva margir rikir menn oc ſtorir höfdingiar, at til var mun nu þickia litid radaſkot, enn þo höfu ver mikid at-giört i varri ferd; þviat þeſſ er nu meſt ván, at þeſſi herr ſtödviz eigi fyrr en þat er at-giört, er öllum er meſt happ i, at Knutr Konungr ſe drepinn. Sidan ſkilduz þeir or hernum med ſitt föru-neyti; oc gaf engi madr at þvi gaum: micklu var meiri þyſſ oc kall um allan herinn.

LII. CAP.
Fra Asbirni Jarli.

Asbiörn Jarl for nu a fund Knutz konungs, med þat lid er honum fylgdi. var þat mikil ſveit hans manna: En er hann kemr a Konungs fund, geck hann fyrir hann, oc heilſadi up á Konungin, en Konungr tok ecki kvediu hans. Jarl mællti þa: ſpurt munu þer hafa þau tidendi, herra! at ofridr hefir hafiz innanlandz i moti ydr: er at þeſſu ordinn ſva mikill máttr, at her eru vid-vafdir margirs rikis menn: ſyniz oſſ þetta ordit ed meſta vandrædi oc nidingſkapr, er þeſſir menn ætlaz fyrir: oc eigi ma ek af mer bera, herra! at eigi hafa ek i lidi verid med þeim: er þetta folk ſva ott oc ært, at þeir vilia at þvi öngu gaum gefa er nytt er. En fyrir þa ſök for ek i flockinn, at ek villda viſſ verda, hvad þeir ætladiz fyrir, eda um fiöl-menni þeirra. Þottumz ek ſva helltz mega komaz at trunadi þeirra, at ek giörda mik til þeſſ likligan at fylla þeirra flock; en ek hugſada þat med ſialfum mer, ſem mer ſamir, oc ek veit at min ſkyllda er, at bregdaz ydr alldregi, oc fara þegar a ydarn fund, oc ſegia ydr, hverſu hattad er, veita ydr oc slikt allt ſem ek hefi föng a, ef þer þurfid manna vid. Siaid nu fyrir, herra! oc takid nockvod gott rad oc ſkiott. Konungr þackadi honum, oc

kvad

„ merum copiarum, qvas habet, cognoscat, itidemqve voluntatem ipsius, qvo „ propendeat, exploret„. Probatur consilium omnibus: at qvi hoc libenter exseqvantur, nulli aut certe pauci se offerunt. Qvapropter comes: „Satius, „ inqvit, fortasse vobis videbitur, ut ipse ego, hujus consilii auctor, regem „ conveniam. Sæpe enim factum est, cum nos, invicem scrutando, alter al- „ terum penitus excusserimus„: Dein comes, aliqvot viris assumptis, fretum cymba trajecit: reliqvæ vero copiæ paulatim transvectæ, præfecto Eysindo Bifra: qvo homine nihil scelestius aut flagitiosius, ad regem pravis consiliis perdendum; nihil ad ipsius cædem accelerandam promtius, id tempus obtulit. Placuerat autem, ut Asbiornus comes, explorato regis animo, numeroqve militum cognito, ad suos extemplo rediret. Jam in eo erat exercitus, ut ex portu Randerusino solveret: cum Thordus Dorrus socio suo Tolaro Verpillo significavit, in animo sibi esse copias suas reducere. „ Tot enim, „ inqvit, potentes magniqve nominis viri jam causæ huic accesserunt, ut crediderim, nostra deinceps consilia admodum parvi æstimanda fore. Hoc interim „ nos soletur, qvod expeditionis nostræ operam haud perdiderimus. Verisimile „ enim est, motum hunc non prius sedatum iri, qvam patrata Cnuti cæde, qvæ „ e republica maxime esse judicatur„. Itaqve hi cum suis manipulis ab exercitu se subducunt, nemini forte, ob tumultum & vociferationem multitudinis, animadversi.

CAP. LII.
De Asbiorno Comite.

Asbiornus vero comes cum ingenti hominum agmine, qvorum magna pars socii ipsius & clientes erant, recta ad regem contendit. Qvo cum pervenisset, eundem accedit, salutatqve. Is vero ipsius salutationi non respondet. Hac receptione commotus Asbiornus: „ Accepisti, inqvit, ni fallor, domine, „ seditionem intra regnum tuum ortam, tantas vires cepisse, ut multos pro- „ ceres in societatem traxerit. Horum ausus nefarios licet magnopere de- „ tester, inficias tamen ire qvidem non possum, me societati eorum interfu- „ isse; verum & hoc dicere possum, tanto eos furore correptos agi, ut nulla eis „ sana qveant consilia amplius arridere. Et qvod ad causam attinet, cur ad ip- „ sos me aggregaverim, hæc fuit, ut de eorum voluntate militumqve nume- „ ro certior fierem; neqve enim id faciliori via me consecuturum arbitrabar, „ qvam simulando partes easdem me fovere. Interim mecum reputabam qvid „ ratio officii mei postularet, ne scilicet tuis rebus tempore ullo deessem: qvid? „ qvod nihil prius jam habui, qvam ut continuo te adirem, & qvomodo res se „ haberet, exponerem: ac porro subsidia, si qvibus indigeres, adferrem. „ Tuum est modo, domine, pro solita tua prudentia, qvid agendum sit, di- „ spicere. Res enim bonum promtumqve consilium flagitat„. Rex gratias ipsi agere, ejusqve fidem laudare, qva qvantum in ipso esset, sinistram de rege

kvad hann betr hafa farid i þessu mali en honum var sagt, eda margir gatu til hans, eda hvad syniz ydr radligaz Jarl? þu ert vitr madr, legg nu til nackvad rad, ef þu ert oss sva hollr sem þu lætr. Jarl svaradi: Eigi kann ek ydr rad at kenna, herra! enn skylldr em ek at mæla þat her um, er mer syniz radligazt: þer hafid lid litid, oc vandat miök: villda ek þat at þer leitadit undan, sva buid, þangat sem landz megin er meira, oc munu þer þa enn bratt fá nógt lid, oc leitid þa sidan til fundar vid bændr. væri þa nidingar bardir til batnadar. Þessu radi sam-þyktiz Eirikr Jarl, oc magir höfdingiar adrir töldu þetta sniallt rad. Þa svaradi Benedikt Konungs brodir: Alldregi viljum ver a flotta leggiaz fyrir Daunum: vil ek þat ed fyrsta rad giöra, at Jarl þessi se höndum tekinn, sva at hann komiz eigi med lifi i brott, oc vist er unndarlikt, herra, er þer hlydit nockvod þvi er hann segir: þviat ek se glöggt, at hann er einn falsari oc drottins sviki. Konungr svaradi þetta rád þitt munu ver hafa, Benedikt, at flyia eigi fund ovina varra; radi gud hverr hann verdr; enn þu Asbiörn Jarl skallt fara aptr sömu leid a fund bonda, oc segia þeim sva, at ver sættimz: vil ek þat bioda af minni hendi, at þeir hafi i hvern stad fullan rett sinn, sem forn laug stannda til her i Danmörk: hafa sva giört enir fyrri landz höfdingiar: en þat er ek þickiumz eiga saknæmt vid þa, ef þat er nockvöd, þa vil ek eiga þar dom a, en eigi vil ek at bændr dæmi mitt mál: skalltu nu þetta flytia vid bændr; enn giör oss skiótt niósn um, ef þeir neita fridinum: ver oss nu tryggr: þat er þin skyllda, þviat þu ert minn undir-madr, oc helldr Riki af mer: Enn ef þu giörir ödru vis, þa mun gud hefna þer; en margir eru þeir, er þer trua illa: kom nu bratt a minn fund, ef bændr vilia eigi sættaz; en ver skolum her bida þin. Ja, herra, sagdi Jarl: ek skal skiott aptr koma til ydar, ef þeir vilia ecki á min ord hlyda, oc veita ydr slikt, er ek ma, oc allir þeir er eptir mer vilia ganga; þviat þer þurfid nu lids vid. Sidan laut hann Konunginum, oc geck i brott eptir þat, oc til sinna manna, oc bad þa rida. Þat var sid dags er þeir skildu Knutr Konungr oc Asbiörn Jarl. þat var i þeim stad a Fioni, er Danir kalla Odinsve, oc var Knutr Konungr þar a veizlu um nottina.

LIII.

suo conceptam opinionem destruxisset: dein rogare, sententiam suam porro promeret, siqvidem prudentia non vulgari polleret; ut ita, qvam verbis profitebatur, reapse fidem præstaret. Respondet comes: temeritatis sibi tantum non adesse, ut docere maximi consilii principem sibi sumeret: attamen pro officii ratione dicturum se libere, qvid facto opus esse videretur. Paucos qvidem regi adesse, sed egregios eosdem belloqve strenuos milites, ideoqve suadere se, uti ad provinciam incolis magis frequentem se recipiat, ubi exercitus possit satis numerosus cogi, qvo armatus in conjuratorum turbam signa moveat, eorundemqve contumaciam meritis suppliciis castiget. Id consilium Erico comiti, aliisqve bene multis proceribus approbatum. Contra vero frater regis, Benedictus infit: „Nunqvam res eo deveniet, ut a Danis ad „fugam compellamur; meum vero consilium est, ut hic homo comprehendatur, „ita ut ne vivus evadat. Sane mirandum est, domine, qvod istius sermoni „fidem habeas, qvem insidiatorem esse ac proditorem videor mihi clarissi„me perspicere„. Cui rex: „Tuum, Benedicte, consilium placet, nempe ini„micorum occursum minime nobis vitandum; interim incertum rerum even„tum divinæ voluntati relinqvamus. Te vero, Asbiorne, viam jubeo reme„tiri ad rusticos conjuratos: qveis significes, susceptum mihi sic esse, ut nihil „habiturus sim antiqvius eorundem reconciliatione, meoqve nomine & au„ctoritate fidem des, me jura ipsis sua, legesqve patrias religiose, ac prout „decessores mei Daniæ reges fecerunt, inviolatas servaturum. Si qvid au„tem cum ipsis controversiarum intercedat, id meo solius arbitrio deciden„dum sumere. Nefas enim æstimarem, plebi cognitionem causæ meæ commit„tere. Hæc a me multitudini nunciato, qvæ si conditiones oblatas respuat, „nos confestim ea de re certiores facito. Etenim hic tuam maxime fidem „reqviro, qva mihi, domino tuo, obstringeris, vel hoc titulo, qvod ad di„gnitatem præfecti provincialis te evexerim. Sin alium te mihi præstiteris, „credito ultorem Deum perfidiæ a te poenam exacturum. Caveas ergo, fidu„cia mea abutaris, haud ignarus, qvot qvantiqve de sinceritate tua alii jam„dudum ambigant. Denique ad nos revertere qvam citissime, præsertim si „conjuratos perceperis oblatam pacem recusare: nos qvidem tuum hic redi„tum opperiemur„. Peracturum se regis jussa omni alacritate comes simulat, pollicetur qve se absqve ulla mora rediturum, si conjuratos porro contumaces, obstinatosqve invenerit: addit, auxilia se summo studio allaturum, qveis nimirum constabat regem, si unqvam alias, per hoc tempus maxime indigere. His dictis, comes, inclinato corpore, venerabundus regem salutat protinusqve digressus, ad exercitum rusticorum eqvo advehitur. Tum vero cum abiret, dies in vesperam vergebat. Hæcqve in Fioniæ illa urbe, qvæ Othinia Danis vocatur, acta: ubi & rex pernoctavit.

LIII. CAP.
Fra ſvikum.

Asbiörn Jarl for med ſina menn, þar til er hann kom a fund bonda lidſins. var honum þar vel fagnad: var þá allt lidit komid yfir Medal farar ſundid, oc gengid af ſkipum, ok ſpurdu þeir þa um fiöl-menni Knutz, eda um ráda giörd hans. Jarl ſagdi slikt allt ſem hann hafdi viſſ ordit, enn þo var þat um hrid, ſagdi hann, at ek þóttumz eigi vita hverſu mitt mál mundi ſnuaz. Sidan ſagdi Jarl hvar þeir Konungr höfdu ſkilid, oc hvar hann mundi vera um nottina, kvad þar mundu at vitia hans, oc bad þá nu eigi dvelia; Kvedz þeſſ vænta at nu mundi yfir taka, ef audna villdi til-falla med þeim. Voru þa bændr ſva odir, at þeir villdu þegar ſteſna at Konunginum: þeir flytia nu herinn allt þar til er þeir koma til ár þeirrar, er næſt er kaupſtadnum i Odins ve, er Knutr Konungr var a veizlu, ſem fyrr var ſagt, er Kalf-á heitir: þeir komu þar ſnemma um morgininn, er ſkamt var ſol farin: Þa bad Asbiörn Jarl ſtödva lidit: ſkutu þeir þa a hus þingi, oc töludu um ráda giödir ſinar. Þa ſtod Asbiörn Jarl up, oc taladi (*) oc mællti ſva: ek for á fund Knutz Konungs, ſem menn viſſu, at nioſna um rada giördir hans eda um fiölmenni: er þat þar fra at ſegia, at ek talada vid Konungin, oc fannz mer þat i ordum hans, at hann mundi öngum manni vilia retz unna, ef hann mætti ráda; þotti honum oc i þeſſu enn meſti fiandſkapr, er menn höfdu reiſtan ofrid i moti honum: het hann mönnum þar i moti enum meſtum afar koſtum, þegar hann mætti vid-komaz: hefir hann alldregi verid ordſtærri til folkſins enn nu; kallar hann þo, at honum þicki ſakir til þeſſ. En þat er ydr at ſegia i annan ſtad, at ek hygg þat at Konungrinn ſe feigr. ſva leiz mer a hann: hann var nu oc med öllu radlauſſ, enn þat hefir honum alldregi fyrr ordit; þviat hann er vitr madr: hann hafdi oc litid lid; en þo fannz þar eina i ordum hans, at hann mundi einn öllu efla mega: nu mætti ſva vel verda, at þeſſ yrdi ſkiott endir, oc mætti hann þa vita, hvart hann er ſer einn ærinn, er hann vill enſkis mannz mál meta: kalla ek nu einſætt at freſta eigi at veita Konunginum at-gaungu: ſkal ek oc minir menn fyrſtir til ganga; þviat þetta kalla ek ed meſta naudſynia verk: þicki mer ſá oc ecki at manne vera, er nackvad ottaz i þeſſu verki, at taka Knut Konung af lifi: eda hverſu margir eru þeir her nu

(*) alia Exemplaria addunt, fyrir folkinu, qvod aptius.

CAP. LIII.
De dolis.

Ad exercitum cum suis redux Asbiornus multa benevolentia excipitur. Tunc autem copiæ omnes fretum Mittelfartense trajecerant. Et jam modo in terram egressæ, diligenti sciscitatione inqvirunt de numero militum regiorum deqve Cnuti consiliis. Comes, qvæ exploraverat, ipsis edisserit; fatetur præterea diu ambiguum habuisse, qvem finem colloqvium suum cum rege sortiretur. Tum indicat, qvo loco a rege digressus fuerit, qvoqve eum credat pernoctaturum: instat, ibidem ut regem opprimant: ut festinent, urget: animos addit: in spem erigit, fore, ut eorum inceptis optatus successus respondeat. Qvo hortatu multitudo in furorem acta, nihil nisi regis interitum spirare, vixqve ab aperta in illum irruptione se continere. Hoc animo iter proseqvuntur, donec ad amnem, qvi vicinos urbi Othiniensi campos alluit, (is Kalf-aa dicitur) perveniunt. Ac Othiniæ Cnutum qvidem tum temporis diversatum esse supra diximus. Eo vero conjurati summo mane, recens orto sole, adveniunt. Ordinantur stativa, & vocata concione, qvid facto opus, deliberatur. Ibi Asbiornus surgens pro concione hæc effatur: „Ego „qvidem Cnutum regem, sicut nostis, adivi, qvo consilia ejus & copiarum nu„merum explorarem, qva de re hæc in præsens vobis communicanda habeo: „Ex ipsius nempe verbis me perspexisse, qvod ex æqvo & bono cum nemine actu„rus sit, qvamdiu suo relictus fuerit arbitrio. Taceo, qvod in unumqvemvis „vestrum crimen perduellionis constituit, in qvod summo cum rigore, qvando „possit, animadversurum se esse comminatur, neqve unqvam antea populo „huic duriora, qvam nunc minatus est: Cujus crudelitatis ratio ipsi belle „admodum constare nunc videtur. Huc accedit, qvod, nisi irrita me fallant „præsagia, videre mihi videar fatalem regis horam instare, qvem omni prorsus consilio destitutum deprehendi: id qvod ei, utpote astuto naturaqve sa„tis callido, alias haud memini accidisse. Et qvamvis exiguo satellitum nu„mero sit stipatus, adeo tamen insolenter sese jactat, ac si solus omnia præ„stare possit. At vero adventat, ut opinor, nunc tempus, qvod facultatem ipsi „adferet faciendi virium suarum periculum, tantumne valeant, ut despica„tui alios omnes habere, neminemqve in regno hominem præ se putare debeat. „Id inpræsens auctor vobis sum, ut in regem sine mora irruatis. Ipsummet „me ducem vobis & antesignanum offero, qvi cum meis ipsum primus aggre„diar. Eqvidem tale est propositum nostrum, ad qvod necessitate ipsa invi„temur, unumqve communis salutis præsidium in celeritate positum. Hunc „autem ne virum qvidem, aut in eo qvicqvam animi esse censeo, qvem a „rege occidendo ulla formido retraxerit. Qvotusqvisqve enim procerum hic præ-

qvi Cnuto regi olim perchari vixerant. Verum iis, qvi hæc proponebant, respondebant Torgunnidæ, inprimis Danorum proceres rebus recens gestis eam a se non inivisse gratiam, ut suscepta legatione difficili tantis expediendis negotiis curam laboremqve suum impenderent: non qvod longitudo itineris, aliave incommoda deterrerent; certos enim esse, ubi in Flandriam pervenissent, bene excipiendos fore habendosqve. Hæc & alia id genus qvamvis objicerent, tamen instantissimis amicorum precibus victi operam suam addixere. Mox itineri se accingunt, omnibusqve necessariis paratis, in Flandriam proficiscuntur. Ibi Baldvinum cum regina Edla ejus filia conveniunt. Ab his perbenigne excipiuntur, ut qvibus adventus eorum longe acceptissimus erat: inprimis Edlæ, qvæ de nuperis Daniæ motibus accurate & sedulo ipsos percontatur. Reginæ itaqve cunctis, ut erant acta, enarratis, profectionis suæ causam duci exponunt, procerum nempe Danorum universæqve plebis consentientes preces, qveis majorem in modum postulent, ut Olavo, Svenonis filio, vinculis laxato, carcereqve soluto facultas in Daniam redeundi concedatur. Qvod ad pretium redemptionis attineat, illos, qvantum dux ipse imperet, solvere omnino paratos esse. Addit insuper Sveno, sperare se, aut potius tantum veteri gratiæ & familiaritati confidere, ut suis istoc precibus largiatur „. Qvibus dux: „Si Danis, inqvit, cum proceribus paria facere vellemus, nihil est ignominiæ damnive, qvo non afficiendi essent ob nefarium „ qvod perpetrarunt parricidium, qvod & eos omnium diris exsecrationibusqve devinxit. Ceteroqvin ultione promerita ipsi se mactabunt, si imperio „ sese submittant istiusmodi principis, qvalem futurum se esse Olavus haud „ obscure prodidit. Ille vero in meam semel potestatem redactus, mihi tam „ bene servandus est, ut longum ipsi futurum sit liberiorem aera exspectare. Nimirum ad hoc ipsum adstringor mandato Cnuti regis, (qvem constat „ nihil unqvam temere aut inconsiderate locutum) ipsiusqve, tunc fato suo „ vicini, postrema per nuncios postulatione, qva reqvirebat, hunc ut hominem haud facile ex custodia unqvam dimitterem„. Instant Torgunnidæ: existimari plerisqve, regem, si unqvam alias, sane hac in re, minime parum deliqvisse, qvod & ipsi ejus amici inficiari neqveant, siqvidem animadvertatur, qvam conspicua semper in regem fides Olavi fuerit. His addunt, nemini unqvam magis, qvam sibi fratribus curæ cordiqve esse, errores regis, si qvos commiserit, elevare: paratos itaqve sese futuros ad offerendum, qvodcumqve pro redemtione viri postuletur. Excipit dux, magis videri sibi e re atqve usu omnium futurum esse, si ex certa destinataqve defuncti regis voluntate Olavus in carcere detineatur: interim de illis haud dubitare, qvin pro egregio, qvem semper ostendissent, animi candore, pristinoqve in Cnutum regem amore, hoc petant. Et qvoniam ipsorum probitas multis sibi argumentis perspecta sit, constetqve eos a partibus regis fortiter strenueqve stetisse, pro-

 ptere-

at þid ſkolud her ſitia i iarninu a medan, þar til er Olafr hefir ut greitt feit, þat ſem nu er akvedit. vil ek at þid reynid ſva, hverſu godr dreingr Olafr er, eda hverir næſt munu ſed hafa, hverr madr hann er. megid þid oc ſva hugſa yckart mal, ef Olafr vill eigi greida feid, eptir þvi ſem ſkilid er, at þa komiz id alldregi or þeſſu vardhalldi oc priſand. nu eigid þid her meſt i hættu, ſagdi Hertuginn, en öngan trunad vil ek undir Olafi eiga, oc ecki vil ek þeſſa fyſa yckr. Ok er Hertuginn hafdi þenna koſt upſagdan, þa ſögdu þeir brædr, at þeir villdu finna Olaf. Sidan var þeim fylgt til dyfliziunnar, þar ſem Olafr ſat i. þeir ſegia honum þetta allt iafn-ſaman, ordſending höfdingia or Danmörk, at þat var vili þeirra, at hann væri til Konungs tekinn yfir allt Danavelldi. höfum ver nu oc þetta mal talad vid Hertugann, oc ſetti hann þar i fyrſtu þvert nei fyrir, enn þo vid ockart fullting oc bæn, þa vill hann unna þer utlauſnar. Sidan ſegia þeir hverſu mikid fe Hertuginn mællti til ut-lauſnar honum, oc þo þat med, at þeir brædr ſkylldu ſetiaz i iarnit þat ſama, er hann ſat adri, þar til er fe þetta er ut-golldit. Munu þat oc fleſtir mæla, at vid hættim miök a þitt valld oc miſkunn, ef ver giörum þetta: væntum vid þeſſ, at ockr muni þat vel gefaz, oc þu munir þat godu launa, ſva mikid ſem þer liggr vid; þviat fair get ek at þetta giöri fyrir þinar ſakir. Olafr ſvaradi: þeſſi koſtr þicki mer, ſagdi hann, allgodr, og eigi beidi ek annars. ægir mer ecki þetta fegialld, oc ef ek fæ riki i Danmörk, þa ſkal ek eigi hafa borid Konungs nafn einar þriar nætr, at ek ſkal til hafa greitt þetta gialld. ſkolu þid þat hafa fyrir þann manndom er þid ſynid mer nu, oc slikt ſem mer kaupiz i: ma oc vera at yckr verdi þetta ömbunad, ef vart valld verdr nackvad. Sidan geck Hertuginn til tals vid. þa var þa þetta rad algiört. ſegir Olafr þat up a tru ſina, at hann ſkal þeſſa menn ut-leyſa, ſva ſem hann mætti fyrſt vid-komaz. hann ſverr þat Hertuganum at greida feid, eptir þvi ſem nu het hann. Eptir þat er nu Olafr tekinn or dyfliziunni vid þenna koſt, enn þeir Sveinn oc Aſtradr eru þar i ſettir. eru latin iarn á hendr þeim oc fætr, þeir höfdu oc fæzlu ſem þeir mattu liſa vid minzta.

LXV.

ptereaqve summum apud ipsum merito locum tenuisse, stipulationi eorum sese annuere, ut scilicet Olavus triginta (*) marcis auri redimatur, interposita pactione, qva Torgunnidæ ejus locum subeant, vades facti, compedibusqve vincti, tamdiu detineantur, dum Olavus dictam pecuniam solverit: qvo sic propria discant experientia, qvanta sit hæc, qvam usqve adeo extulerant, fides Olavi & integritas. Id autem pro certo habeant, e custodia & carcere nunqvam exituros, si redemtionis pretium, de qvo convenerit, desertis vadibus, pendere Olavus recusarit. Re integra adhuc secum reputent, penes ipsos totam fore noxam, si, qvas præsagiret, adversitatibus se involvant, pro Olavo sese nimis temere obstringendo: cui qvam maxime diffidendum asseverat, eaqve propter neutiqvam consulere, tam iniqvam conditionem ut admittant. His a duce propositis, Torgunnidæ rogant, copia detur Olavum ipsum adeundi. Annuitur; ducuntur ad carcerem, qvo inclusus ille asservabatur. Olavo, qvæ transacta sint, ordine singula exponunt: totius scilicet Daniæ regem cunctis procerum suffragiis renuntiatum esse, eamqve in rem legationem sibi demandatam, qva apud ducem de redemptione ipsius agerent. Hanc ducem primo qvidem prorsus abnuisse, postmodum vero ipsorum adductum interventu precibusqve exqvisitis victum concessisse. Tum pacta cum duce de libertate illius referunt, obsides de pecunia, pro redemptione solvenda sese constitutos, hac conditione, ut ipsius vicem, eadem vincula, eundem carcerem subeant, eo usqve detinendi, dum numerato auro satisfiat. „Qvis autem, inqviunt, diffitebitur, nimium qvantum nos tuæ fidei atqve integritati tribuere, si tuo libertatem nostram arbitrio, tuæ potentiæ misericordiæve gratificemur? Speramusqve adeo, neqvaqvam te commissurum, „ut fraudi hoc nobis fiat, sed potius te vadimonium compensaturum, cui salutem tuam unice feres acceptam: maxime si consideraveris, nullos aut certe „paucos fuisse inveniendos, qvi negotium tam arduum tamqve periculosæ „aleæ plenum in se suscepissent„. Respondet Olavus, talem sibi conditionem videri, qva meliorem stipulari vix audeat, neqve pacta pecuniæ summa se terreri. Qvod si rerum in Dania potiatur, triduum ipsum haud elapsurum, cum dictam pecuniam paratam habiturus sit; summiqve beneficii gratiam, qvo se in tantis constitutum angustiis affecerint, apud se neutiqvam perituram. Tum, duce interveniente, tota res confecta: solutionisqve fide data, qvam juris jurandi religione sanxivit, recipiens insuper, se obsides, qvi de pecunia caverant, qvam primum liceret, liberaturum, carcere exemptus est Olavus. Ejus loco Sveno atqve Astradus germani includebantur, manicis compedibusqve onusti, qvibus diaria tam parca manu dispensabantur, ut ad vitam tolerandam ægre sufficerent.

(*) chartæ 80.

LXV. CAP.
Tekinn Olafr til Konungs.

Eptir þetta fær Olafr ser föru-neyti, oc ferr til Danmerkr oc þegar hann kom þar, safnaz lid til hans. hann for til Jotlandz oc var þar stefnt Vebiarga þing. var Olafr þar til Konungs tekinn yfir allt Danavelldi. Sidan feck hann ser hirdar, oc for yfir landit, oc dæmdi mönnum lög, og stiornadi öllum Konungs malum. Ecki er þess getid, at hann efnadi til um fegiolld þau, er hann hafdi heitid Hertuganum, til utlausnar ser; enn þo lidu eigi lángar stundir, adr nockurir menn urdu til a-minningar vid hannum þetta mal, at hann skylldi at þessu gaum gefa, þeir er voru frændr eda vinir Þorgunnu sona. Konungr svaradi þvi styggliga, oc bad slikt ecki tala vid sik: munu þeir brædr hafa godan fagnad i Flæmingia landi sem verdugt er; þviat þeir hafa lengi miukliga þionad þeim magum Knuti Konungi oc Balldvina Hertuga; munu þeir oc taka makliga aumbun þess. fekz ecki af Konungi (*) um þetta mal.

LXVI. CAP.
Fra Presti einum.

Þa er Olafr Konungr for at veizlum a Fioni, þa kom a fund hans hans Prestr sa, er söng at kirkiu þeirri, er Knutr Konugr hvilldi ad. Prestr heimti Konung a mal; oc sagdi honum i hliodi, at hann sa opt um nætr lios mikid til leidis Knutz Konungs brodur hans: oc mörg verda þar önnur þau takn, sagdi hann, er oss þickir mikils umvert. hyggium ver sannliga at Konungrinn se heilagr. nu vilium ver þar til hafa ydra forsia, herra! hvart þetta mal skal meirr upbera, sva buid. Konungr svaradi: bad hann eigi verda sva diarfan, at segia slikt fals; þviat ek vissa þa hluti marga i fari Knutz Konungs, er einn mundi ærinn til, at hann mundi alldregi heilagr verda. skalltu þat oc vist vita, at ef nockurr madr mælir þetta i heyrn mer, hedan i fra, at sa skal öngu fyrir koma, nema lifinu. vard prestr þvi fegnaztr, at hann felldi nidr þessa rædu sem skiotazt, sva þungliga sem Konungrinn tok þessu; enn þo hofz su umræda eigi at sidr i Danmörk, at Knutr Konungr væri sannheilagr madr; enn þo vard þetta ecki á lopst borid, medan Olafr Konungr lifdi; þviat engi treystiz slikt at mæla, fyrir of-riki Olafs Konugs.

(*) recte hic chartæ inserere videntur *meira*, plus vel amplius, ad v. *non plus hac de re Regi extorqveri potuit.*

CAP. LV.
De inauguratione Olavi Regis.

Rebus ita compositis, adscitoqve itineris comitatu, Olavus in Daniam proficiscitur, qvo cum pervenisset, ingens populi multitudo ad eum undiqve confluxit. In isto itinere Jutiam petiit, conventumqve sine ulla mora Viburgi habendum indixit: ubi rex universæ Daniæ in locum Cnuti inauguratur, & regiis evincitur insignibus. Dein comparatis aulicis regnum peragrans, ubiqve in foris jus dicit, aliisqve officiis regiis perfungitur: interim de pecunia, qvam duci pro redemptione promiserat, nihil minus qvam solicitus. Qvod ubi vident Torgunnidarum amici consangvineiqve, eorum non nemo post aliquod temporis intervallum regem admonet promissorum, fidemqve, ut liberet, urget. Is hac admonitione graviter commotus, pœnas interminatus est, si qvis ea de re coram se auderet vel mutire: Sibi enim non latere, qvam honesto par nobile istud fratrum apud Baldvinum ducem loco sit, ob egregia sua tam in regem defunctum, qvam in ipsummet ducem merita: qvapropter debita remuneratione neutiquam defraudari. His similibusqve dictis amicos Torgunnidarum, neqvicquam qverentes, illudebat.

CAP. LXVI.
De Sacerdote.

Dum per Fioniam rex Olavus iter faceret, forte eum accessit sacerdos quidam, qui rei divinæ operabatur ista in æde, ubi Cnutus rex fuerat sepultus: secretumqve poscens, ipsi narrat, super sepulchrum defuncti sæpe sibi noctu apparuisse coruscans lumen, aliaqve multa miraculi speciem habentia, quæ ad defuncti gloriam magnum adferant momentum; qvippe qvæ evincant, regem sanctorum numero jam adscriptum esse. Olavi itaqve regis hac de re sententiam requirit, placeatne ut hæc prodigia divulgentur. Qvem rex effrontis audaciæ atqve veteratoriæ artis insimulans, vetat qvidqvam talium offuciarum spargere & popello venditare ac obtrudere: tantumqve abesse, ut princeps tot nobilitatus criminibus in sanctorum numerum receptus sit, ut vel unicum eorum, qvæ commiserit, inde eum potesit excludere: proin capite luiturum, quicunqve se præsente hujusce rei mentionem faciat. Sacerdos istud adeo regi displicere animadvertens, abrupto sermone discedit: Nihilo minus tamen res in vulgus dimanare cœpit, regemqve Cnutum vere cœlitibus adscriptum esse, credi. Parcius tamen, vivente Olavo rege, talia memorari, cum sciretur, rem ipsum severissima castigatione puniendam statuisse.

LXVII. CAP.

Fra þorgunnu sonum.

I þenna tima voru þeir Sveinn oc Astradr þorgunnu synir vestr i Flæmingia landi, oc satu þar i jarnum oc i vardhalldi, oc voru illa halldnir; þviat Balldvin Hertugi let ecki lina þeim: þviat honum var þat miök i moti skapi, er Olafr var ütleystr, þo at hann giördi þat fyrir bæn þeirra. þetta likadi Edlu Drotning illa, oc bidr opt födur sinn, at hann leti þa meirr niota þess, er þeir höfdu verid i kærleikum vid Knut Konung, enn giallda odreingskapar Olafs Konungs. Hertuginn svaradi reidugliga, oc mællti sva: þeir skolu þess dags her bida i Flæmingia landi, er Olafr, vinr þeirra, leysir þa ut, eda bida her bana ella. Nu þo at frestiz ut-lansnin hans vid þa, þa er maklikt at þeir gialldi þess; þviat þeir badu þess þacksamliga, oc töldu þar til marga hluti, þa er oss samdi eigi at neita þeim þetta. munu þeir nu oc giörr vita til hverss þeir hafa þa starfad, er þeir lögdu mesta stund a þat, at Olafr væri lauss latinn. hefir þetta farid eptir hug-þocka minum, at illt mundi at leita trunadar unndir hann. Oc er hon sa at ecki tiadi at flytia þetta mal leingr, þa hætti hon; ok leid sva enn næsti vetr eptir fall Knutz Konungs, at þeir brædr sátu þar i iarnum med Hertuganum.

LXVIII. CAP.

Vitrun ens helga Knutz.

Sa at-burdr vard um varid Pascha nott, þar sem þeir voru i dyflizunni Sveinn oc Astradr: þeir höfdu þa haft adr naliga önga fæzlu, oc höfdu menn þa nyliga ecki komid til þeirra. voru þeir þa máttlitlir bædi af matleysi oc járna gangi, þviat jarnin skorudu þa miök at beini, er brann undir þeim: Enn um nottina i ottu, þa rann höfgi a (*) hann Svein, oc þottiz hann helldr vaka enn sofa. hann sa, at madr kom þar, inn hann var virduliga buinn, oc sva biartr, at hann þottiz varla mega i gegn sia. hann þottiz þar kenna Knut Konung. hann geck at (**) honum Sveini, oc mællti: hart ertu nu leikinn Sveinn felagi, oc er þat eigi at verdleikum. nu mun ek leysa þik or þessi prisand. þu skallt segia Balldvina Hertuga ord min, til þess at hann likni þitt mal hedan i fra. hann tók þa til fióturs ins, þess er

(*) (**) hæc pronomina desunt in aliis exemplaribus, & qvidem salvo sensu abesse possunt.

CAP. LXVII.
De Filiis Torgunnæ.

Durabat etiamnum Torgunnidarum in Flandria captivitas, in qva compedibus illi ac carcere constricti male multabantur. Baldvinus enim, qvamvis sibi alias gratis acceptisqve, ideo minus pepercit; qvia antehac ipsorum precibus commotus, redemptionem Olavi concesserat; qvod tum oppido indignabatur. Hanc parentis severitatem Edla regina ferebat ægerrime, eundemqve sæpius obtestabatur, consideraret potius gratiam, qva apud Cnutum valuissent, qvám infidelitatem Olavi, qvæ incautos & credulos in tanta mala præcipitarat. Filiæ supplicationibus nihilo dux placatior respondit, istos qvidem germanos tamdiu carceris inqvilinos in Flandria futuros esse, donec obsidio eos solverit, cui tam amicam operam navarant, rex Olavus. Qvamvis enim ille injuste agat, dilata redemptione obsides destituendo, ex justo tamen atqve æqvo eos ærumnas suas pati, qvi tam calide Olavi causam egerint, ut indecorum quodammodo, nec satis integrum sibi fuerit, ejus dimissionem abnuere. Jam modo melius comperturos esse, cui bono tantum laborem insumpserint, tunc cum Olavum ex carcere liberare satagerent: Rem deniqve prorsus ex conjectura evenisse, nihil nimirum imprudentius habendum, qvam Olavo confidere. Regina intelligens, preces se incassum fundere, destitit amplius poscere, negotiumve istud urgere. Ita effluxit hyems, cædem regis proxime insecuta, fratribus porro in sqvalore carceris langventibus.

CAP. LXVIII.
De apparitione Sancti Cnuti.

Ineunte vere, ipsis paschatos vigiliis, cum per aliquot dies fratribus, carcere inclusis, nulla apportata essent diaria, ita ut fame extenuatis, nec ab ullo hominum nuper aditis, compedumqve insuper mole, qvibus crura eorum lacerata usqve ad ossa, & carne fere nudata fuerant, fractis, vires prorsus deficerent, res miraculi plena accidit. Alter enim eorum, Sveno, cum ei nocte jam provectiore somnus obrepsisset, tam levis ut vigilare se potius crederet qvam dormire, virum magnifice vestitum vidit, carcerem intrantem, tantaqve circumfusum luce, ut ea oculorum acies præstringeretur. Putabat autem se Cnutum regem agnoscere, propius accedentem, seqve his verbis affantem: „Jam satis, mi Sveno, in hisce ærumnis tabescis, idqve immerito: monet me amicitia nostra, ut iisdem te exsolvam, adeoqve jubeo te solutum Baldvino duci meis verbis significare, gratissimam mihi rem facturum, si in posterum melius te habeat. Et cum dicto compedes & manicas,

er a fotum hönum var, oc vatt i fundr fem muru, oc slikt ed fama þann fem a höndum hönum var. þa mællti Konungrinn: Nu ertu lausſordinn. ſkalltu nu ſegia þenna at-burd, ſva at margir menn ſe hia. vænti ek þeſſ, at Gud gefi mer þa miſkunn, (*) þar er menn kalla a mitt nafn med godvilia, at menn fái bot meina ſinna honum ſyndiz nu ſem lioſt væri i myrkva ſtofunni, oc þar med kenndi hann dyrligan ilm. Eptir þetta leid Konungrinn fra honum at ſyn, enn Sveinn vaknadi, er hann hafdi adr ſofid, oc voru þa af honum jarnin. hann ſagdi þa Aſtradi brodur ſinum hvad fyrir hann hafdi borid. Aſtradr kvad slikt ed ſama fyrir ſik hafa borid, oc voru nu badir lauſir. Aſtadr bad þa þegar i brott leita, ef þeir mætti komaz. Sveinn ſagdi, at þeir ſkolu eigi fyrri a braut fara enn um daginn, þa er Hertuginn ſæti yfir bordum, kvad þa fleſta menn vidſtadda. þeir giördu ſva, at þeir leitudu þann tima til hallarinnar, er Hertuginn var til borda genginn. Þeir voru þa ſva mátt-litlir, at þeir ſkridu helldr enn gengu. En er þeir komu inni höllina, þa ſa Hertuginn þá bratt, oc bad taka bandingiana, oc færa þa ut þannug ſem þeir voru adr. Sveinn ſvaradi þa, eigi muntu þat giöra vilia, Herra! ef þu veizt hverr ockr hefir leyſt. Hertuginn kvetz ætla, at þeir mundi illa hafa gætt þeirra, er til voru fengnir. Sveinn ſvaradi, at eigi var þetta þeim at kenna; þviat Knutr Konungr kom i nott, ſagdi hann, oc braut af ockr fiötrana, er þat til marks um, herra! ſagdi hann, at vid ſegium ſatt, at þar liggia i myrkva ſtofunni fiötrabrotin. Hertuginn letz eigi vita hvad þeir ſögdu. Þa mællti Edla Drotning: hafa munu þeir þo ſkolu frid um helgina, herra! oc hvilld, hvad ſem þa lidr enn um þeirra mal ſidan. villdum ver at þer forvitnadiz, hvart þetta er med ſannleik, er þeir ſegia. væri oſſ mikill fagnadr á þeſſu, ef ſatt væri. kemr mer þetta ecki á o-vart; þviat marga viſſa ek þa ſidu Knutz Konungs, er u-likir voru fleſtra manna háttum. Hertuginn bad hana þeſſu rada. Sidan var þeim buin hæg hvila, oc hægt þeim i öllu ſem mátti. Sveinnin Karl, ſonr þeirra Knutz Konungs oc Edlu Drotningar, hann kom til hvilunnar, þar ſem þeir lagu. Sveinn Þorgunnuſon hafdi ſpennt af ſer belltinu, oc lagt up a hægendit hia ſer. Karl tekr up belltid; er hann ſer at fagrt er, oc leikr ſer at. Sveinn mællti, hverſu liz þer a þenna grip, Karl? vel, ſagdi ſveinnin: villtu eiga belltid, ſagdi Sveinn: ætla ek þat vera makligazt, þviat Knutr Konungr, fadir þinn, gaf mer: giöri ek þa ſem hann mællti fyrir, at ek þickiumz vel ſelia mer af henndi.

Sveinnin

(*) at hvar ſem menn, *charta.*

quibus constringebatur Sveno, stipularum instar, disrupit, inqviens: „Jam solutus es, itaqve volo hæc mea mandata quam plurimis audientibus, palam „ nunties; sciantqve omnes, apud Deum me tantum posse, ut qvicunqve nomen meum piè invocaverint, malorum suorum levamen sentiant„. Aderat & visioni tanta claritas, ut repente carceris tenebræ discuterentur, fœtorqve loci mira odorum fragrantia expulsus fuerit. Rex vero ubi finem dicendi fecerat, ex oculis evanuit. Tum Sveno, vero, an ambiguo somno experrectus, compedibusqve solutus, Astrado fratri, qvæ per qvietem viderit, atqve expertus sit, narrat. Qvi sibi idem prorsus affirmat contigisse, ferreis vinculis itidem sibi exemptis. Is Svenoni proponit, ocius inde ut aufugiant, si qva elabendi via detur. Contra Sveno moram faciendam autumat, horamqve prandii exspectandam, qvando freqventi convivio dux mensæ accumbat. Adest hora: accumbitur: ex carcere in aulam, exhaustis penitus viribus, prorepunt magis, qvam eunt. Aulam intrantes dux videt, jubetqve actutum constrictos eodem carcere, qvo injussi exierant, iterum includi. Tum Sveno: „ Hoc te, Domine, neutiqvam permissurum credo, ubi intellexeris, qvem liberatorem habuerimus„. Dux haud aliter id factum dicere, qvam eorum culpa, qvi negligentius ipsos servassent. Respondet Sveno; „ At illis hoc „ neutiquam imputandum, verum ipsi Cnuto regi, qvi præterita nocte nobis „ adfuit, vinculisqve confractis regia manu nos asseruit. Etenim narrationi „ nostræ, qvæ in carcere disrupta visuntur, compedum fragmenta fidem faciunt. Qvæ ipsorum dicta, cum pro offuciis habere ducem regina Edla videt, apud patrem intercedit, ut saltem per festi solennia libertas fratribus indulgeatur, usqve ad accuratam rei inqvisitionem, qva scilicet penitus exploretur, num fides dictis constet. Qvippe si ita res se habeat, amplissimam sibi inde gaudii solidi ac luculenti materiam enascituram. Addit porro, videri hoc satis sibi verosimile, utpote cui Cnuti Regis mores probe fuerint perspecti, a plurimorum hominum rationibus valde discrepantes. Ista reginæ persvasione dux commotus, petitis annuit. Lectus illis optimus sternitur, omniaqve ad vires reparandas necessaria suppeditantur. Interim Carolus, Cnuti regis ex Edla regina filius, lectum, qvo decumbebant, accedit: Qvi elegantia & ornatu cinguli allectus, qvod exutum Sveno cervicali suo imposuerat, ludibundus tractabat. Hoc Sveno advertens, regium puerum interrogat, ecqvid cimelium hoc placeat? cui cum puer placere diceret, num & possidere aveat, qværit; id enim optime convenire, atqve ita ex jure, & ex parentis ejus, Cnu-

Sveinnin for þegar a fund Hertugans, oc ſyndi honum þeſſa giorſimi er honum var gefin, oc ſagdi at fadir hans hafdi att. vænti ek nu frændi, ſagdi Karl, at þer munid mer þat veita, at þeſſir menn fái ſætt af ydr med nockuru moti. Drotning flutti oc þetta mal, oc lagdi mörg ord til fridar þeim, ſem fyrr. Hertuginn ſvaradi: ervitt mun mer þat veita, at ganga i mot yckr badum. munum ver nu fyrſt talaz vid. Sidan geck Hertuginn til mals vid þa brædr, oc ſpurdi eptir um braut-kvamu þeirra. Þeir ſegia honum allan atburd þann ſem þar hafdi ordit. ſva oc þat med, at Knutr Konungr hafdi honum til þeſſ ord ſend, at hann frelſti þa, oc þar med iartegnir þær, er hann matti eigi vid dyliaz, at ſönn var ſaga þeirra. Hertuginn het þa at giöra ſva. Eptir þetta taka þeir enn bratt at ſtyrkiaz. var þat þa eigi minnr fra, at Hertuginn giordi vel til þeirra, oc let allz vidleita at hiuka þeim (*) at. Oc er þeir voru her-færir menn, þa badu þeir ſer orlofs til heim-ferdar til Danmerkr. Hertuginn kvad ſva vera ſkylldu. mun ek nu ſegia up ſætt þa, er ek mun ſemia milli var: þid ſkolud fara fyrſt a fund Olafs Konungs, oc beida hann þeſſ, at hann gialldi af höndum fe þat, er hann het til ut-lauſnar ſer, oc fai yckr i hendr. Þat ſkolu þid flytia til var. Enn ef hann vill eigi greida feid (ſem mik varir) þa ſkolu þid giallda oſſ þetta fe; oc þar til ſkolu þid veita oſſ ſvardaga, at efna þetta, oc þeſſu iatudu þeir brædr. Eptir þat buaz þeir bröt or Flæmingia landi, oc feck Hertuginn þeim menn til fylgdar, Enn er þeir komu til Danmerkr, foru þeir þegar a fund Olafs Konungs, oc beiddu hann greida i hendr ſer fe þat, er hann hafdi heitid til ut-lauſnar ſer: hafi þer þetta, herra! ecki eptir þvi giört ſem þer hetud, oc ver hugdum. munu þer vilia giöra nu þvi betr, ſagdi Sveinn, oc giöra nu godan greidſkap a oc ſkiotan. ma ockr þat enn vel i þörf koma; þviat vid erum heit-bundnir i þvi vid Balldvin Hertuga, at hann ſkal eigi þeſſa fiar miſſa. Konungr ſvaradi: Annars væri þeir Flæmingiar verdari fra oſſ, enn ver gylldim þeim fe, fyrir þa ſkomm oc ſvivirding er þeir giordu oſſ, oc þat ſama ſkolu þeir hafa; þviat þegar er ek hefi fengid trunad höfdingia her i Danmörk, þa ſkal ek bioda ut her af öllu riki minu, oc heria a henndr Balldvin Hertuga, oc giöra þar ſva mikid hervirki, at þeir þrifiz alldri ſidan. Var Konungrinn nu ſva ærr, oc odr, at öngu vætta matti vid hann koma. vard Sveinn þvi feginn at hann yrdi i brottu. Eptir þetta foru þeir brædr heim til bua ſinna, oc heimtu ſaman lauſa-fe ſin öll, enn ſumt var þeim lanad af vinum

(*) hanc particulam omittunt chartæ.

Cnuti Regis voluntate fieri, qvi hoc pacto iſtud ſibi donarat, ut nulli niſi generoſo illud cederet. Puer cingulo donatus, ad ducem accurrit, donum oſtendit, à patre ſuo olim geſtatum: Sperare ſe modo, qvod ſuo rogatu componi rem controverſam patiatur. Neqve defuit regina, ſuis precibus, ut ante fecerat, eandem cauſam adjuvare; qvibus dux reſpondit: „Difficile mihi „erit utriusqve veſtrum petitioni obſiſtere, ideoqve primum cum captivis col„loqvar„. Eos convenit, deqve eorum liberatione ſciſcitatur. Hi omnia ordine, qvo geſta fuerant, exponunt; regem Cnutum inprimis jusſiſſe, duci ut ſuo nomine ſignificent, gratum futurum ſibi, ſi ipſos carcere exemptos, liberos dimittat, juſſumqve confirmaſſe miraculo, qvo dux certior fieret, verba ſibi non dari. Qveis auditis, dux plenum aſſenſum præbet, conſenſumqve ad omnia ſuppeditanda captivis neceſſaria. Atqve illis lautius liberaliusqve habitis vires ſenſim redintegratæ, adeo ut, jam priſtino collecto robore ad perferendas itineris moleſtias, ducem rogatum venirent, commeatum ſibi in Daniam redeundi largiretur. Impetrarunt, conditionibus a duce præſcriptis, his verbis, primo qvidem ad Olavum Regem recta ſe conferrent, poſtularentqve pecuniam, qvam pro ſua ille redemptione pactus obſidibus ipſis fuerat: hanc vero acceptam absqve mora apportarent duci: Sin, uti vero ſimilius viſum, ille in eadem ſolvenda tergiverſaretur, atqve a data fide recederet, ipſismet incumberet, utpote obſidibus, ſolutionem integram expedire. Demum conventum, ut jure jurando res firmaretur. Confirmatur: datisqve à duce itineris comitibus, Torgunnidæ ex Flandria in Daniam proficiſcuntur. Qvo ſimul ac perveniunt, Olavo regi qvanto ocius ſe ſiſtunt, rogantqve pecuniam, qvam in redemptionis pretium ſe daturum ſpoponderat, ipſis ut numeret; conqveruntur etiam, qvod contra omnem de ipſo ſpem ſuam oblitus ſit promiſſorum. Confidere autem ſe, ait Sveno, plenam modo ſolutionem præſtiturum: qvo facto maxime ipſos juverit, qvi obſides duci de ea dudum ca„viſſent. Qvibus rex: „Longe aliam, inqvit, a nobis gratiam Flandri prome„ruerunt, qvam ut de pecunia ſolvenda ſolliciti ſimus, quando nos ſumma „ignominia affecerunt; quin hanc potius iisdem aliqvando rependamus, uti „par eſt. Stat enim mihi ſententia, qvam primum mihi procerum Danorum „fidem conciliavero, collectis totius regni viribus bellum Balduino duci inferre, „tantamqve in provinciis ejus vaſtitatem efficere, ut ſeram omnino ex rui„nis ſuis emergendi ſpem habituræ ſint reliqvam.„ Hæc & alia rex furibundus minitari, adeo ut qui contra mutire ſuſtineret, eſſet nemo: & Sveno ſibi bene conſultum duceret, propere è conſpectu regis faceſſere. Torgunnidæ

itaqve

um ſinum eda frændum. þeir ſeldu oc iardir ſinar, enn ſumar vedſettu þeir. Oc er þeir höfdu fengid ſva mikid fe ſem akvedit var, bioggu þeir ferd ſina, oc foru veſtr i Flæmingia land, oc komu þeir a fund Balldvins Hertuga, oc fagnar hann þeim vel. oc er þeir hafa litla hrid þar dvaliz, þa greida þeir af henndi fe-gialldit. var þat allt i gulli oc brendu ſilfri. oc þar med gafu þeir Hertuganum giafir, heſta goda oc hauka, oc adra þa hluti er fa-gætir voru i þeirra lanndi. þa mællti Hertuginn: þetta mal hefir yckr vel farid oc dreingiliga. veit ek ok þat, at þid erud ecki ſva ſtor-audgir menn, at eigi muni her kominn mikill hlutr eigu yckarrar, oc er þo allmikid fe. vil ek nu þetta fe yckr up-gefa, oc ſkolu þid þo hafa fyrir þöck oc vinattu mina; enn giafir þeſſar mun ek þiggia. þeir þockudu honum marg-falliga ſina ſtor-mennzku. þeir brædr dvölduz þar med Hertuganum ſlika ſtund ſem þeim likadi. Oc er þeir foru i brott, gaf Hertuginn þeim ſæmi-ligar giafir, oc ſkilduz þeir kærir vinir. Enn er þeir brædur komu heim til Danmerkr, ſettuz þeir heima um kyrt at bum ſinum, oc þiónudu ecki Olafi Konungi. þottu þeir þorgunnu ſynir iafnan vera enir (*) rauſkuſtu menn, oc dreingir godir.

LXIX. CAP.

Lat Olafs Sveins ſonar.

Olafr Konungr Sveinſſon atti Ingiridi, dottur Harallds Konungs Sigurdar ſonar Noregs Konungs, Syſtur Olafs Konungs Kyrra. Olafr Konungr Sveinſſon var rikr madr oc grimmr, oc helldr ovinſæll. hann var bædi agiarn oc fe-giarn, oc var um hans daga i Danmörku hall-æri mikid oc lögleyſur. Mælltu þat þa margir menn, þeir er eigi höfdu veridi motgöngu vid Knut Könung, at þeim hefdi o-heppiliga um-radiz, oc þeim hefdi (**) oc illu reiſt: þyiat Konungr þeſſi lætr öngan mann trialſan vera. lætr hann allt ganga med micklu meiri freku en fyrr hafi verid. (***) ſönnudu þat þa allir. Olafr var Konungr viij vetr i Danmörku. hann vard ſott-daudr, oc var hann litt harmdaudi alþydu mannz.

LXX. CAP.

Fra Eiriki Jarli Sveins ſyni.

Eirikr Sveinſſon var þa enn Jarl i Siólandi, oc hafdi hann þvi Riki halldit, er Knutr Konungr brodir hans feck honum i henndr. Eirikr Jarl var rikr höfdingi, oc vin-ſæll. hann hafdi löngum mickla hird

(*) aliis Vöſkuſtu, qvod tamen fere idem eſt. (**) al: ad (***) hæ qvatuor voces deſunt in aliis Exemplaribus, nec qvidem textui ſatis appoſitæ videntur.

itaque ad prædia sua se conferunt, rebusque pretiosissimis convasatis, & argento ab amicis & consangvineis mutuo sumpto, fundorum suorum quosdam vendunt, alios pignori opponunt. Ex quibus omnibus postqvam pecuniam confecerant, qvanta pro redemptione debebatur, in Flandriam iter accelerant. Hic à Balduino duce benigne excepti, interposita brevi mora, pecuniam auro argentoqve puro ad assem pendunt, adjunctis muneribus, equis videlicet generosissimis, falconibus aliisqve rebus, qvæ raræ in istis partibus magniqve pretii habentur. Qvibus dux: ,,Præclare, inquit, vos, qvemadmo- ,,dum probos viros decet, alligatam religione fidem exsolvistis. Cum vero ,,alias me non lateat, facultates vobis haud esse adeo luculentas, ut tanta vi ,,pecuniæ expensa, qvæ sane qvam magna est, multum residui habeatis, ego ,,hac ratione vobiscum agam, ut auro argentoqve vestro restituto, totius so- ,,lutionis gratiam faciam, inqve amicitiam meam porro vos receptos velim. Interim donaria vestra accipere non recuso,,. Hi præclaro ducis beneficio qvam maxime obnoxios se fassi, amplissimis verbis gratias agunt: & aliqvamdiu in aula ipsius liberrime commorati, plurimisqve donis cumulati, cum multa utrinqve amoris significatione discedunt. In Daniam autem reduces, ad sua sese prædia recipiunt: ubi vitam à turbis remotam transigentes, nullo apud regem ministerio funguntur; interim apud omnes honorati, atqve inter egregios viros præcipuo loco habiti.

CAP. LXIX.

De morte Olavi Svenonis filii.

Duxerat Olavus Ingeridem, natam Haraldo Sigurdi filio, Norvagorum Rege, sororem autem Olavi regis, cognomento Mansveti. Valebat Olaus rex Svenonides opibus & potentia, cetera dominatus impotens, civibus odiosus, imperiosus, & avarus. Ipso regnante ingens annonæ charitas Daniam vexabat, legum contra vilescebat auctoritas, corrupta justitiæ administratione. Hocqve ipsum occasionem dedit multorum querelis, qvi partibus Cnuti regis faverant. Dicebant enim, Danorum consilia perqvam infelicia, neqve satis ponderata eventis suis, ideoqve malo ipsis auctoribus vertisse; postqvam istiusmodi viro summam rerum detulerant, qvi contra jus fasqve civibus, libertate omni erepta, gravius, qvam qvisqvam majorum, servitutis jugum imposuerat: Ille postquam octo annos regno Daniæ præfuisset, ex morbo obiit. ipsiusqve mors civibus minime luctuosa accidit.

CAP. LXX.

De Erico comite, Svenonis filio.

Ericus Svenonis filius, Sælandiæ erat comes, ditionemqve, à fratre Cnuto rege sibi concessam, adhuc administrabat, vir potens, multisqve carus quiqve ut plurimum magnum aulicorum numerum alebat. Hic per orien-

hird med ſer. hann var i hernadi um auſtrveg, oc heriadi a heidingia, enn let alla Kriſtna menn i fridi fara, þann-veg ſem öllum l'kadi bezt, oc ſva kaup-menn. vid þeſſa med-ferd vard hann frægr oc vinſæll um allan auſtrveg, ſva at hverr madr, ſa er nockurs þotti verdr, þa kunni ſkyn a hans nafni. hann for allt auſtr i Gardariki, oc ſotti þar heim höfdingia oc rikis menn, oc toku þeir honum allir vel oc ſæmiliga. þa hann þar ſtorar giafir af Rikis mönnum. Sva ſegir Markus Skeggiaſon i Eiriks drapu:

Fædir ſotti fremdar rada
folldar vördu auſtr i (*a*) Garda,
audi gæddu all-valld prudan
itrir menn þeir er (*b*) hnöggvi slita:
ſtillir vard um auſtr-veg allan
einkar-tidr inn mærdar blidi;
hinn var (*c*) engr er (*d*) hann nafn kynnid
(*e*) heidar mannz i loſi reida.

Eirikr Jarl bio ferd ſina ſnemma um varid or Gördum auſtan, oc let ſetia framm ſkip ſin þegar iſa leyſti, oc bua þau at öllu ſem hann hafdi bezt efni til. hann ſigldi auſtan öndurt ſumar, oc heim til Danmerkr i Riki ſitt. Sva ſegir Markus Skeggiaſon:

Var (*f*) öndurt bio Vinda rýrir
(*g*) veglig flauſt or Gördum auſtan,
hlyrum ſkaut a hola baru
helmings-oddr i ſumars broddi:
(*h*) hlydu ſtuddi bord-vid breidan
brodir Knutz i vedri odu;
ſidan knadi ſvik-folks eydir
ſnilli kendr vid Dan-mörk lennda.

LXXI. CAP.

Eiriki Jarli geſit Konungs nafn.

Eptir þat er Olafr Konungr Sveinſſon var andadr, þa var Eirikr Jarl Sveinſſon til Konungs tekinn yfir allt Danavelldi, ſem lög ſtodu til; þviat hann var ellztr ſona Sveins Konungs, þeirra er þa voru a lifi, oc ad ſamþycki allra höfdingia oc alþydu i Danmörk. Enn er Eirikr var Konungr vordinn, þa reiſti hann up lög i lanndina, oc leidretti ſidu manna; þviat margar oveniur oc ſid-leyſur höfdu yfir landid

(*a*) *al.* Gördum, *qvod qvidem melius ſonat, ſenſus vero fere idem eſt.* (*b*) *al.* hneyki (*c*) *al.* engi. (*d*) *al.* hanns, *& qvidem rectius.* (*e*) *al.* heidurs manna. (*f*) *al.* (*g*) yegligt flauſtr (*h*) *al. chart.* lydum.

tem classe armata piraticam faciebat, gentilium naves ubiqve infestans, christianis vero omnibus nec non mercatoribus liberam navigationem permittebat. Ista ratione per omnes orientales oras tantam sibi famam omniumqve amorem conciliarat, ut neminem, qui alicujus nominis esset, gloria ipsius fugeret. In Russiam usqve profectus, ad multos proceres ac nobiles viros diverterat, a quibus honorifice ubiqve splendideqve exceptus fuit, muneribusqve ingentibus donatus: id qvod in suo de Erico carmine testatur Marcus Skeggonides, his verbis:

„ *Bonorum auctor consiliorum (i. e. Rex prudentissimus,)*
„ *principes Russiæ orientalis invisit.*
„ *Donis ac muneribus sapientem Regem ornarunt*
„ *Viri egregii, in annulis (loricarum) rumpendis exercitati.*
„ *Rex eloquio suavis*
„ *toto oriente admodum celebris evasit.*
„ *Nemo erat, qui ipsius, tam præclari viri, nomen*
„ *laudibus efferre non studeret.*

Ineunte vere, abitum è Russia paravit, navesqve, ut primum glacie purgatum mare, ex littore deductas, qvam elegantissime fieri potuit, instruxit. Qvo facto, sub primam æstatem ex orientalibus plagis in Daniam regnum suum navigavit. Ita laudatus nuper Skeggonides:

„ *Egregiam primo vere classem instruxit Vandalorum vastator,*
„ *orientalem Russiam relicturus.*
„ *Initioqve æstatis naves*
„ *in mare dux emisit.*
„ *Aura fratrem Cnuti favens in navi sustinebat;* frater Canuti in furenti tempestate clavo latam adie... regebat.
„ *& secundi deducebant venti.*
„ *Unde & facile ipsi fuit, fraudulenta dissipata colluvie,*
„ *gloria & honore locupletatum, cum classe in Daniam redire.*

CAP. LXXI.

Comes Ericus rex creatur.

Mortuo Rege Olavo Svenonide, Ericus comes frater ejus ex legum præscripto, utpote filiorum Svenonis, qui supererant, natu maximus, omnium Daniæ procerum & plebis consensu rex designatur. Hic in solium evectus patriam legibus emendare sategit, ac moribus ornare, frenumqve licentiæ, quæ sub Olavo vagari cœperat, latiusqve serpere, injecit. Re ita publica restituta,

landid gengid, medan Olafr var Konungr. Eirikr Konungr fidadi folkid vel, oc giordi fer alla kæra ena beztu menn i riki finu. hann var örr af fe, bædi vid höfdingia oc fva vid hird fina; oc veitti ftor-fe i vingiafir, öllum þeim mönnum er a hans fund fottu, oc þeim öllum meft er lengft fottu til. hann var oc örr af fe vid fatæka menn, ef þeir komu a fund hans. hann vard bratt aft-fæll vid folkid. hann var kalladr Eirikr enn Godi, oc mæla fleftir menn at honum væri þat fann-nefni; þviat allir þottuz af honum gott hliota, þeir er til hans komu: Sva fegir Markus:

Drengir þagu aud (*a*) af yngva,
örr fylkir gaf fverd oc knörru;
Eirikr veitti opt oc ftorum
armleggiar (*b*) röf (*c*) dyrdar feggium:
hringum eyddi (*d*) harra (*e*) slongvit
hilldar (*f*) rammr, enn (*g*) ftillir framdi
fyrda (*h*) kyns, fva at fleftir urdu
froda ftols af hanum godir.

LXXII. CAP.
Fra Prefti einum.

Enn er Eirikr Konungr hafdi litla hrid Konungr verid, þa kom fa enn fami Preftr a fund hans, er fyrri hafdi tiad helgi Knutz Konungs fyrir Olafi Konungi. oc þegar Eirikr Konungr fa hann, þa heimti Konungr hann a eintal, oc fpurdi hann, hvad hann kynni at fegia honum fra taknum þeim er urdu um helgi Knutz Konungs. var off þeff fyrir löngu van, fagdi Konungr, at þar mundi þau efni i vera. vilium ver þetta fem giörft vita; þviat öllum þætti off i þvi meftr fagnadr, ef þat mætti med fannleik fegia; enn gæti þo þeff er meft liggr vid, at menn fegi þat eigi fyrri, enn menn viti adr fannleik a hvad mæla fkolu. Preftrinn fvaradi, ja! herra! fagdi hann, fagrt er þar af at fegia, oc fatt; þviat þat er med fönnu at fegia, at engi kallar fa naliga a hans nafn at eigi fai bot finna meina, hvad fem þeim er adr ad meini; oc þetta (*) vitnudu med (**) honum preftinum margir fann-ordir menn. Hofu þa margir menn a-heit vid Knut Konung, oc urdu margar fagrar iarteinir at hans helgi. giördiz þa al-kunnig helgi hans um alla Danmörk.

LXXIII.

(*a*) *al.* at. (*b*) *al.* rof. (*c*) *al.* dyrum. (*d*). *al. ch:* herra. (*e*) slaungvir *rectius fecundum duo exemplaria chart. & unum membr.* (*f*) *aliis* ramr. (*g*) *al. fnille* (*h*) *rectius forte juxta chartas* kyn.

(*) alias, *viffu*, cognofcebant (**) deeft hoc pronomen in aliis Exemplaribus, qvod etiam fupervacaneum videtur.

ſtituta, bonisqve revocatis artibus, optimates regni omnes, non minus qvam ſuos aulicos mira, qua pollebat, munificentia ſibi devinxit, neminem à ſe niſi large atqve effuſe donatum dimittens, eos maxime, qvi è remotisſimis locis venerant. Neqve magis in pauperes & egenos optimi regis benignitas erat clauſa. Qva liberalitate effecit, ut populi totius deliciæ juſto titulo audiverit, nomenqve inde Erici Boni obtinuerit: Qvippe quem nemo accederet, qvin bona re auctior abiret. De qvo ita canit ſupra laudatus Skeggonides:

„ *Divitias a Rege viri acceperunt.*
„ *Et gladios & naves largiebatur rex munificus.*
„ *Magna & crebra fuerunt munera,*
„ *quæ Ericus illuſtribus diſtribuebat viris;*
„ *dum a ſtrenuo illo bellatore*
„ *brachia eorum annulis ornabantur.*
„ *Tanta vero liberalitas*
„ *quam plurimos in celeberrima urbe feliciores reddidit.*

CAP. LXXII.
De Sacerdote qvodam.

Jam exiguum erat tempus, ex qvo regnare Ericus coeperat, cum ad eum ſacerdos adiret, idem ſcilicet, qvi cum rege Olavo, de Cnuti ſanctitate qvondam egerat. Hunc rex ſeductum, remotis arbitris, interrogat, ecqva de Cnuti regis ſanctitate indicia proferre qveat. Diu enim factum, ait, cum id ſibi perſvaſum ſit, magnoqve ſe opere percupere, ut res qvam accuratiſſime cognoſcatur. Cujus ſi veritas conſtiterit, fidesqve manifeſta fuerit, lucutento ſibi ac omnibus gaudio id futurum eſſe. Cavendum interim maximiqve intereſſe, ne qvid in re tanti momenti divulgetur, niſi qvod exploratæ veritatis talo ſtet inconcuſſum. Ad qvæ ſacerdos, tam claris ea ſuffulta ac munita teſtimoniis eſſe, reſpondet, qvæ referret, ut a nullo facile poſſent in dubium vocari, neminem fere ſcilicet divi iſtius nomen invocaſſe, qvin votorum damnatus præſentiſſimum malis ſuis remedium expertus ſit. Confirmabant ſacerdotis dicta complures indubitatæ fidei teſtes. Hinc factum, ut deinde frequentia Cnuto regi vota nuncuparentur, illiusqve ſanctitas magno miraculorum numero per totam Daniam inclaruerit.

LXXIII. CAP.
Fra Eiriki Konungi.

Eirikr Konungr giördiz rikr höfdingi oc agætr. hann var allra Konunga vin-sælaztr. hann hegndi miök o-sidu, eyddi vikingum oc (*) u-endis mönnum, let drepa þiofa oc ráns menn, eda hamla at höndum eda fotum, eda veita adrar storar ressingar, sva at engi matti (**) uændis madr þrifaz fyrir honum i rikinu. hann var rettdæmr, oc hellt rikuliga guds-lög. Sva segir Markuss:

Vörgum eyddi Vinda sergir;
(*a*) virking hepti Konungr sikium;
þjofa (*b*) hendr let þengill styfa;
þegnum kunni hann o-sid hegna;
alldregi (*c*) fratz at Eirikr villdi
all-rettligum domi halla;
(*d*) hala kunni ser til sælu
sigrs valldari guds lög hallda.

Eirikr Konungr var vitr madr, oc klerkr godr, ok kunni margar tungur tala. hann var allra manna minngaztr, oc sniallr i mali. Sva segir Markuss:

Hrodigr átti (*e*) bryn-þings beidir
biartan aud oc (*f*) fræknlikt hiarta,
mini gnógt, oc mann-vit annat,
mest (*g*) fylgdi þvi hvergi lestir:
alla hafdi audlingr snilli,
ungr nam hann (*h*) a margar tungur,
Eirikr var sa er matti meira
mestr ofr-hugi jöfri flestum.

LXXIV. CAP.
Fra Eiriki Konungi.

circa ann. 1099 Eirikr Konungr bio ferd sina af landi i brott, enn skipadi Rikit a medan i valld vina sinna til störnar, medan hann var i brottu. hann giördi mönnum kunnigt, at hann ætladi sudr til Roms, oc hafdi hann med ser virduligt föruneyti, enn ecki mikid fiölmenni. hann geck alla leid sudr til Roms. Sva segir Markuss.

Lyst

(*) alia Exemplaria *vondum*, ɔ: malis. (**) al. Exempl. *vondra manna.*
(*a*) *al.* vijkingum (*b*) *al.* helldr (*c*) *al.* frattu (*d*) *al.* haga (*e*) *al.* byrdings (*f*) *al.* frægligt (*g*) *al. rectius* fylgdu (*h*) *deest in aliis Exemplaribus, & quidem abesse potest.*

CAP. LXXIII.
De rege Erico.

Potentia Erici nominisqve gloria multum augescebat, isqve præ omnibus regibus effusissime diligebatur. Erat vero acerrimus scelerum vindex, piratarum, furum, & prædonum exterminator, in qvos supplicio capitis, manuumqve & pedum amputatione, atqve aliis id genus cruciatuum exemplis severe animadvertebat; ita qvidem, ut qvod intra regni limites moraretur, maleficorum hominum tum nihil esset: injure administrando exactus, observantissimus inprimis divinæ legis custos. De his omnibus ita Marcus:

„ Sævos latrones delevit Vandalorum oppressor (rex Ericus.)
„piratas acriter & severe compescuit.
„ Amputari furum manus jussit,
„ improbosqve hominum mores cöercere poenis noverat.
„ Nunqvam auditum est, voluisse Ericum
„ a justo judicio deflectere,
„ probe gnarum, in servandis divinis legibus
„ suam etiam victoris salutem verti.

Adde, qvod sapientia & doctrina haud vulgari, lingvarum multarum cognitione, incredibili memoria, nec non facundia pollebat, teste Marci laudati carmine, his verbis:

„ Glorioso præliatori
„ splendidæ erant opes & cor animosum;
„ qvin & memoriæ satis, & prudentiæ reliqvæ pars maxima,
„ sine vitiorum mixtura.
„ Omnibus rex instructus erat dotibus.
„ Multas didicerat lingvas juvenis.
„ Talis deniqve Ericus erat, qvi summa præditus audacia,
„ plurimis regum aliis præcelleret.

CAP. LXXIV.
De Erico rege.

Idem laudatissimus rex longam extra patriam peregrinationem instituit, rerumqve, dum abesset, administrationem fidissimis amicorum commisit. Tum iter suum, qvo tenderet, per regnum divulgari fecit, videlicet Romam cogitare. Adscito igitur non tam numeroso, qvam magnifico comitatu, iter Romam usqve pedes ingreditur: De eo canit Marcus:

 Divul-

(*a*) Lyſt ſkal hitt er lofdungr fyſtiz
lángan veg til Roms at gánga,
fylkir ſa þar frid-land balkat
Feneyiar (*b*) lid dyrd at (*c*) venia.

Sidan for hann þadan ut i Fenedi, oc i Bar, oc ſotti heim marga helga ſtadi, oc geck iafnan. Sva ſegir Markus:

Brodir geck i Bar ut ſidan
(bragningr villdi Guddom magna;)
hylli Guds mun hlifa ſtilli
höfud-ſkiölldunga fimm ad giölldum.

I þeirri ferd ſotti Eirikr Konungr heim marga höfdingia oc höfud-ſtadi, oc vardi vida ſtorfe, þar ſem voru klauſtr eda adrir helgir ſtadir. Sidan ſnorri hann aptr ferd ſinni, oc kom þa enn til Roma borgar, er hann for ſunnan. Sva ſegir Markus:

Stora ſötti Haralldz hlyri
helga doma ut fra Romi,
hringum (*d*) vardi att-konr yngva
audig ſkrin (*e*) oc gulli raudu:
milldingr for umm Munka velldi
modum fæti ſal at bæta;
ſveitir (*f*) knidi (*g*) all-valldr utan,
Eirikr var til Roms i þeiri.

Eirikr dvaldiz nockura ſtund i Romaborg, oc giördi ſer at vin um marga höfdingia þar i borginni, oc vida annarſtadar, oc kom ſer i ena meſtu kærleika vid þa. Hann þyrfti hvergi tulk fyrir ſer, hvar ſem hann kom, ſem fyrr var ſagt. I þenna tima var Paſchalis Pavi i Romaborg, er annarr hefir verid med þvi nafni. hann tok ſæmiliga vid Eiriki Konungi, oc giördi hann ſer kæran i vinattu. Eirikr Konungr þa lof til þeſſ af Pavanum Paſchalis, at Erki-byſkupſtol ſkylldi vera i Dan-mörk, (*) er adr var engi Erkiſtoll nordarr enn i Brimum i Saxlandi. Sva ſegir Markus:

Eirikr nadi utan (*h*) færa
Erki-ſtol um Saxa merki:
(*i*) hliotu ver þat er hag varn bætir
hingad nordr (*k*) af ſkiölldungs ordum.

Marga hluti adra þa Eirikr Konungr af Pavanum, þa er nytſamligir hafa verid a nordr-löndum. Þa leyfdi Pavinn honum oc at taka or iördu helgan dom Knutz Konungs. Sva ſegir Markus:

Eydiz

(*a*) *al.* lioſt. (*b*) *al.* hlid. (*c*) *al* nema. (*d*) *al.* vandi. (*e*) *al.* i (*f*) *al* kendu (*g*) *al.* all-valldz. (*h*) hic *al.* in ſerunt at. (*i*) *al.* hliotum, qvod idem eſt. (*k*) *al.* ad. (*) *al.* enn, qvod magis dictioni convenit.

„Divulgetur & illud, qvod in animum rex induxerit
„honoris acqvirendi causa, longum pedibus iter Romam versus suscipere.
„In qvo etiam pulchras illas vidit, à continente terra separatas,
„Venetarum insularum portas.

Venetias primum, atqve Barium profectus est, ubi loca multa religione consecrata freqventavit, semper pedes: teste Marco:

„Barium deinde rex, frater qvinqve magnorum Regum, adiit,
„pium & religionis causa susceptum opus perfecturus.
„Tam præstantem vero principem
„continuus Dei favor tuebitur.

Hoc in itinere Ericus principes plurimos invisit, nec paucas primariarum urbium lustravit, atqve in coenobiis, aliisqve locis divino cultui dicatis luculenta liberalitatis suæ signa reliqvit. Tandem ex austro rediens, Romam iterum divertit: Ita poëta noster:

„Sacras cis Romam reliqvias adiit Haraldi frater,
„(scil. in reditu ex Romano itinere.)
„Annulos elargiebatur Regum soboles,
„onusta divitiis scrinia & aurum rutilans.
„Ut animæ medelam qværeret,
„rex lasso pede monachorum terram peragravit,
„comitatum ab exteris duxit,
„inqve eadem peregrinatione Romanam Ericus urbem adiit.

Romæ aliqvantulum substitit, multorumqve ex prima urbis nobilitate sibi amicitiam comparavit; qvod & alibi, qvacunqve transibat, apud omnes summi ordinis homines contingebat. Atqve, ut jam supra indicatum, ad qvascunqve demum gentes diverteret, nullo interprete indigebat. Occupabat per istud tempus sedem Romanam Paschalis papa ejus nominis secundus, qvi Ericum perqvam honorifice excepit, & pro dignitate regia, maximis hospitalitatis officiis sibi devinctum reddidit. Inter alia benevolentiæ documenta potestatem ei pontifex fecit, in Dania sedem Archiepiscopalem erigendi; cum antea nulla ejusmodi septentrionalibus regnis propior exstitisset, præterqvam Bremæ in Saxonia. de qvo ita Marcus:

„Ericus ab exteris, per Saxonum fines remeans, tantum effecit,
„ut sedem archiepiscopalem in Dania obtinuerit.
„Atqve hoc qvidem beneficium, regiis verbis boreæ nostro, impetratum, lubentes accipimus,
„cum meliorem conditionem nostram reddat.

Multa insuper alia suo regno, terrisqve ad boream spectantibus profutura a summo pontifice consecutus est: Qveis adjungi meretur, qvod veniam obtinuerit sacras Cnuti regis reliqvias e sepulchro eximendi. Itaqve his verbis poëta pergit:

Eydiz hitt at iafnſtort radi
annarr gramr til þyrftar mönnum,
leyfdi allt ſem Konungr krafdi
kriſtz unnandi Pavi ſunnan.

Sidan ſkildu þeir Pavinn oc Eirikr Konungr med vinattu oc kærleikum, oc ſnori Eirikr Konungr þadan til heimferdar. Enn er hann kom til borgar þeirrar er Placencia heitir, þa ſetti hann Spitala ſkamt fra borginni: enn er hann kom nordr til borgar þeirrar er Luka heitir, þa gaf hann þar fe til þeſſ, at allir pilagrimar er Danſka tungu mællti, ſkylldi (*) nogt vin drecka, oc heimila giſting eiga (**) at þeim Spitala, er hann hafdi ſettan, oc adr var fra-ſagt. Eptir þetta for Eirikr Konungr heim til Danmerkr, i Riki ſitt, vard hann all-frægr af ferd þeſſi.

LXXV. CAP.
Fra Heinreki Keiſara.

I þenna tima var Keiſari i Saxlandi Heinrekr, ſonr Heinreks Keiſara ens Millda. hann var rikr höfdingi, oc her-madr mikill: oc er hann ſpurdi, at Eirikr Konungr af Danmörk var farinn af lanndi i brott, þa ſtefndi hann ſaman her micklum i Riki ſinu, oc for ſidan med her þann til Vindlandz, oc vann þar mikinn hernad i Riki þvi, er Dana Konungar höfdu þar lengi att. lagdi Keiſarinn unndir ſik Rikid, oc iatadi allt folk honum hlydni þar; enn þo var i þenna tima allt folk heidit i Vindlandi. Heinrekr Keiſari ſetti þar marga höfdingia til gæzlu yfir þat riki, er þa hafdi hann unnid: ok einn af þeim het Biörn, ſa er rikaztr var. hann mællti til Keiſarans: Herra! ſagdi hann: vid ſlikt ſtor-virki ſem ver höfum unnid a Riki Dana Konungs, þa þurfu ver miök ydarn afla oc truligan ſtyrk: vil ek þeſſ beida, at þer unnid oſſ tengda vid ydr; vil ek þar hafa til-mæli, er fru Botilldr er, ſyſtir ydar; þviat mer ſyniz þetta eigi hættu lauſt, at ſitia her fyrir Dönum: er ydr ok kunnig ætt min oc atferd. Keiſarinn letz honum þetta veita mundu, oc ſlikar adrar ſæmdir, ſem hann beiddi, ef hann legdi ſik til, oc ſinn ſtyrk, at hallda þeſſi ſæmd, ſem þeir höfdu unnid, oc veria þetta Riki fyrir Daunum, eda ödrum, þeim er til villdi kalla. Sidan gipti Heinrekr Keiſari honum fru Botilldi. þat er fra ſagt ætt hennar, at hon væri ſyſtir Heinreks Keiſara

(*) exempl. tam chart. qvam membr. addunt *o-keypis*, ɔ: ſine pretio. (**) Verba inter *eiga* & *Eptir þetta* omiſſa ſunt in aliis exemplaribus.

„ *Non est, qvod qvisqvam regum alius*
„ *æqve magna ad utilitatem hominum contulerit:*
„ *Cujus etiam petitioni omnia permisit*
„ *Christi amator Papa australis(i.e. Romanus.)*

Deniqve papa tot amoris & propensi animi officiis devinctum dimisit regem, qvi Roma relicta, avitum regnum repetiit. Placentiam transiens, non procul ab urbe hospitium suis sumptibus erexit. Dein, itinere in septentrionem directo, Lucam pervenit, ubi itidem grandem pecuniæ summam expendit, cujus ex reditibus in posterum omnibus illac iter religionis causa facientibus, qvotqvot Danica lingva uterentur, vini satis suppeditaretur: qvibus iisdem de liberali receptione, in hospitio, cujus meminimus, abs se fundato, provisum voluit. Tandem reditum in Daniam maturat, postqvam ex ista peregrinatione ingentem gloriam nominisqve sui famam contraxerat.

CAP. LXXV.
De Imperatore Henrico.

Per idem tempus in Saxonia regnabat Cæsar Henricus, filius Henrici cognomento Largi. Is potentia ac virtute bellica clarus, postqvam audisset, regem Daniæ Ericum peregre profectum esse, conscripto numeroso exercitu, in Vandaliam movens, regnum, qvo ibidem Danorum reges longo tempore potiebantur, immani clade affecit suæqve ditioni adjecit, universis incolis ad præstandum sibi obseqvium adactis. Hi vero omnes tum temporis pagani, necdum Christo nomen dederant. Deinde regnum illud Cæsar vi atqve armis, ut diximus, subactum, multis proceribus custodiendum tradidit. Horum in numero potentia ac opibus Biorno qvidam eminebat. Is imperatorem adit, atqve his verbis affatur: „Nosti, Domine, imperator, nos postqvam tantum injuriæ ac tot mala ditioni Danorum regis intulimus, tuo auxilio ac „ præsidio cummaxime indigere. Eamqve ob causam te oro, velis me tuæ „ affinitati adjungere, sororemqve tuam Bothildam mihi nuptum dare. Etenim periculo haud caret, si has terras tuis minus suffulti opibus insideamus, „ Danis procul dubio provinciam sibi ereptam recuperare vi & armis tentaturis. Te vero, imperator, neqve genus meum neqve vitæ ratio fugit„. Cæsar, se petitionis ejus rationem habiturum, aliosqve insuper honores additurum promittit, ea conditione, ut summis viribus contendat, ea, qvæ modo adqvisiverant, sarta tecta servare, regnumqve a Danorum aliorumve hostium incursionibus defendere. Neqve cunctatus Cæsar, promissum repræsentare, data Biornoni in matrimonium Bothilda: De cujus ortu memoriæ

ara sammædd; enn fadir hennar het Þorgautr. hann var Danskr at ætt, hann var hird-jarl Sveins Konungs Ulfs sonar. hann var allra manna fridaztr. hann kalladi Haralldr Konungr Sigurdarson (*) Fögrum-skinna. fadir hans het Ulfr, hann var Jarl i Danmörk. hann var hermadr mikill, hann for i vestr-viking, oc vann Galizuland oc eyddi, oc giördi þar mikinn hernad; þvi var hann kalladr Galizu Ulfr. hann atti Bothilldi, dottur Hakonar Jarls Eiriks sonar, oc var hon modir Þorgautz Fögrum-skinna. Enn er Heinrekr Keisari hafdi unndir sik lagt Riki Dana Konungs i Vindlandi, þa setti hann þar Biörn mag sinn, at gæta rikis þess; enn Keisarinn för þa heim til Saxlandz; enn Biörn settiz þar med sinn styrk i Vindland, i Riki Dana Konungs, oc ætladi at hallda Rikinu fyrir Daunum. I þenna tima kom Eirikr Konungr sunnan fra Romi, er Vindr höfdu gengid unndan hlydni vid hann, oc gafz þeim sva sinn otrunadr, sem enn mun sidarr verda fra sagt. Sva segir Markuss:

Velldi þordut Vindr (*a*) at hallda,
(villan giördiz þeim ad illu)
sunnan kom þa svik-doms manna
satta rof, (*b*) þat er budlungr atti.

LXXVI. CAP.
Fra Eiriki.

Enn er Eirikr Konungr kom heim i Riki sitt, oc hann spurdi þann o-frd er Keisarinn hafdi giört i Riki hans i Vindlandi, þa atti hann þing vid höfdingia, oc bændr, oc rada giördir, oc a einu þingi, er hann taladi, sagdi hann sva: Aullum mönnum er kunnigr Sudr-manna a-gangr, a Riki þau er Dana Konungar, varir frændr, hafa lengi att i Vindlandi. Nu skolu þat vita allir minir menn, at ver ætlum þessum ofridi af oss at hrinda, eda bida bana ella. Sidan sendi hann bod um allt Dana velldi, oc dro saman herlid mikid, oc afladi ser herskipa, oc sigldi sidan med herrinn til Vindlandz. Sva segir Markuss:

Yngvi hellt i oda-straungum
ölldu gangi skipum þángad;
(*c*) hlydan skalf, enn hristi grædir
helug börd fyrir Vinda gördum.

Enn er Vinda höfdingiar, þeir er Keisarinn hafdi þar sett til landz gæzlu, spurdu þetta, at Dana herr biotz a hendr þeim, þa stefndu þeir

(*) al. fögru skinna, & fagr-skinna. (*a*) *al.* Vindar. (*b*) qvidam hanc voculam elidunt. (*c*) *al.* hlundan, *sed perperam.*

proditur, qvod Henrici Imperatoris soror uterina fuerit, patre prognata Thorgoto ex Dania oriundo; qvi olim Svenonis Ulfonidæ regis palatio præfectus, omnium suo tempore formosissimus celebratur; unde ab Haraldo Sigurdi filio Candidæ Cutis cognomine insignitus fuit. Huic pater Ulfo obtigerat, qvi in Dania ad dignitatem comitis olim evectus & incredibili virtute atqve exercitatione in armis clarus, per oceanum occidentalem piraticam faciebat. Hic Gallicium superavit vastavitqve multaqve ibi fortitudinis suæ reliqvit vestigia: inde Ulfo Gallicius nuncupatus. Duxerat Bothildam, Haqvini Eiricii comitis filiam, matrem vero Thorgoti, cui candidæ cutis cognomen. Ceterum provinciam Vandaliæ, qvam regi Danorum ereptam fuisse nuper diximus, Biornoni jam affini suo, Cæsar regendam commisit, ipse in Saxoniam reversus. Illam interim Biorno contra Danorum irruptionem tutari constituit. Jamqve Vandali fidem suam & obseqvium erga Ericum regem exuerant, cum eodem ille tempore ex australi suo Romanoqve itinere salvus ac sospes rediret, ad meritas tantæ perfidiæ poenas ab eis, ut mox videbimus, expetendas. De qvo poëta noster suo more cecinit:

„ Ditionem, qvæ ad Regem pertinebat retinere Vandali non audebant:
„ Nefas, (qvod ausi erant,) ipsis exitio fuit.
„ Eqvidem ex austro auditum est,
„ perfidos homines pacem violasse.

CAP. LXXVI.
De Erico rege.

In Daniam reversus Ericus, comperto, qvod in suum Vandaliæ regnum Cæsar hostiliter esset ausus, proceres & colonorum plebem ad deliberandum de ea re convocat, qvos in publico qvodam conventu sic alloqvitur: „Pervulgatum satis credo, qvid contra regnum, in Vandalia a majori„ bus nostris, Daniæ regibus, longo tempore possessum, nuper australes sunt „ aggressi. Nobis vero constitutum, idqve in præsens universis ac singulis „ civium nostrorum certo edicimus, hac tanta injuria provocatos neutiqvam „ cessaturos, priusqvam aut armis illam vindicemus, aut bello fortiter occumba„ mus„. einde ex tota Dania delectum instituit, arma, milites, naves imperat, ingentemqve collectum exercitum, classe instructa in Vandaliam transmittit. Qvod & vates sæpius nobis laudatus sic commemorat:

„ Per æstuosos admodum undarum tumultus
„ Rex illuc deduxit naves.
„ Contremuit malus: qvassavit vero mare
„ aspersas salo naves in conspectu civitatum Vandalicarum.

Cum autem Vandalorum proceres, qvos imperator istius regni gubernatores & custodes constituerat, de Danorum expeditione audirent, nihil eisdem

þeir lidi ſaman, oc biogguz til bardaga. Eirikr Konungr ſpurdi at þeir höfdu ſafnad fyrir, oc Vindr villdu veria honum Riki ſitt, þa bio hann oc lid ſitt til bardaga, oc geck ſidan a land, oc fylkti lidi ſinu. hann hafdi mikit lid, oc vel buit ad vapnum. hann hafdi (*) ſumu fylkt lidi ſinu, ſva at rani var framan a fylkingar brioſtinu, ok lukt utan allt med ſkialldborg. Sva ſegir Markus:

um ſvin-fylkingu

Röndu lauk umm recka kinndir
riſnu madr, ſva at hver tok adra,
hamallt knattu þa hlifar glymia;
hilldingr fylkti lidi miklu.

Sidan let Eirikr Konungr bera framm merki ſin, oc eptir þat tokz bardagi. Eirikr Konungr var framarla i fylkingunni oc bardiz all-hrauſtliga. hann var i bryniu, oc hafdi hialm a höfdi. Sva ſegir Markuſſ:

Styriölld ox umm ſtilli örvan,
ſtengr baru framm (*a*) viſa dreingir,
milldingr geck ad micklum hialldri
malmi ſkryddr oc falldinn hialmi.

Sidan lögduz Vindr a flotta, oc helldu ſik i ymſum ſtödum, i borgum eda kaſtolum; enn Danir ſottu eptir þeim, oc attu vid þa bardaga, oc drapu af þeim margt manna. Sva ſegir Markuſſ:

(*b*) Hörga vardiz herr i borgum;
hialldr ganga var ſnorud þangad;
hardir kniduz menn ad mordi;
merki bles umm hilmi ſterkan:
Eirikr vakti odda ſkurir;
eggiar tyndu lifi ſeggia;
ſungu jarn, enn ſæfduz dreingir,
ſveiti fell à val-köſt heitan.

(*c*)Blodi dreif a rand-gard raudan,
rógs hegnir drap o-tal þegna,
framdi ſik þar er folk-vapn glumdu
fylkir ungr, enn bryniur ſprungu.

Enn er Eirikr Konungr hafdi veitt heidingium hardar at-ſoknir, þeir er i borgir eda i kaſtala höfdu undan honum ſtockid, þa ſa þeir þann beztan ſinn koſt, at gefaz up, oc ganga til handa Eiriki Konungi, oc hætta a hans valld, Sva ſegir Markuſſ:

Heidinn

(*) *forte legendum*, ſvin-fylkt A. M. (*a*) *al.* viſis. (*b*) *al.* hörda (*c*) *al.* blodit.

prius fuit, qvam ut ſeſe ad arma armis repellenda pararent. Hoc Ericus rex animadvertens, ne eorum tantus apparatus ipſum a finibus regni atqve a propoſito excluderet, inſtructo ad repentinam expeditionem exercitu, ſtatim ſigna movit: Vandalorumqve fines ingreſſus, exſcenſione facta aciem ſuam ita ordinavit, ut pars ejusdem, cuneo facto in angulum ſeu caput porcinum deſineret, clypeorum teſtudine tecta munitaqve, teſte Marco:

„ *Clypeis armavit milites heros magnificus,*
„ *ita ut unus alterum exciperet.*
„ *Tunc admodum crepabant ſcuta, in ſemicirculi formam conjuncta.*
„ *Magnum iſto tempore exercitum Rex ordinavit.*

Tunc vexilla proferuntur; maximaqve contentione prælium committitur. Rex in prima acie conſtitutus ſtrenue pugnat, loricam indutus, capiteqve galeam geſtans. Hæc poëta repræſentat, canens:

„ *Increſcebat pugna circa generoſum & liberalem Regem.*
„ *Haſtas promebant regii milites.*
„ *Ipſe vero rex atroci prælio ſe immiſcuit,*
„ *ære (i. e. lorica) contectus, & galea pepli inſtar ornatus.*

Tandem Vandali, in fugam converſi, ad urbes & caſtella ſe recipiunt, qvos Dani perſeqventes magnam partem interficiunt: qvod & ita refert poëta:

„ *Paganorum exercitus ſeſe urbibus ſuis tuebatur.*
„ *Eo raptim, ac more, qvo in prælium curritur, ibatur.*
„ *Impigri ad cædem faciendam viri impellebantur,*
„ *Undabant vento agitata circa prævalentem robore regem vexilla.*
„ *Ericus excitavit ſagittarum nimbum.*
„ *Acies enſium vitam exſtinxerunt hominum.*
„ *Sonitum ferrea dedere tela. Occumbebant autem viri.*
„ *Sangvis in calidam cadaverum ſtruem defluxit.*

„ *Sangvine adſpergebatur rubicundi margo ſcuti.*
„ *Fraudum & proditionis ultor innumeram hominum multitudinem letho dedit.*
„ *Excercuit ſeſe, ubi arma ſtrepebant,*
„ *rex juvenis: Loricæ vero ruptæ diſſiliebant.*

Qvotqvot autem Vandalorum ex prælio ſuperſtites, in urbes & caſtella confugerant, victricibus Erici armis perterriti, regis ſe poteſtati & fidei, qvæ unica eis ſalus reliqva, dederunt, auctore itidem poëta noſtro:

Heidinn villdi herr umm ſidir
hömlu vigs or porti gömlu,
urdu þeir er virkit vördu
vangi næſt a (*a*) hönd at gánga

Þar hafdi ordit ſva mikid mannfall, at engi madr kunni þeſſ töl. Þar hafdi fallit Biörn magr Keiſarans, oc nær allt lid hans. Þar tok Eirikr Konungr mikit fe at her-fangi, oc ſkipti þvi öllu med lidi ſinu, enn hann villdi ſialfr ecki af hafa. Eirikr Konungr let brenna bygdir vida um lanndit, oc vard folkid ſva hrætt, at heidingiar lögdu a flotta, oc margir menn toku þar ſtorar reſſingar, þeir er unndan hlydni höfdu gengid vid Eirik Konung. Sva ſegir Markuſſ:

Heidin voru (*b*) hjörtu lyda
(*c*) hrygdar füll i Vinda bygdum;
(*d*) elldi ſveif umm ó-tal hölllda;
Eirikr brendi ſali þeirra:
eiſur kynduz hatt i huſum;
hallir nadu (*e*) vidt at falla;
óttu leid, enn uppi (*f*) þotti
elris (*g*) grand i himni ſtanda.

Þat var oc, ſem Markus ſagdi, at i þeſſum hernadi oc ofridi, let margr madr ſitt lif, bædi fyrir elldi oc vapnum, enn ſumir flydu unndan, þeir er þvi komu vid. Sidan leitudu þeir oc hvötudu ferd ſinni til ſunndar vid Eirik Konung. Konungr lagdi a þa ſtor ſegiölld, oc taldi þat arf-tekna eign ſina er Dana Konungar höfdu att i Vindlandi, ſidan Sveinn Konungr Tiuguſkegg lagdi unndir ſik. Sva ſegir Markuſſ:

Eirikr var med upp-reiſt harri;
undan flydu (*h*) Vindr af ſtundu,
giölld (*i*) felldu þa grimmir hölldar;
gumnar (*k*) urdu ſigri numnir:
Yngvi taldi erfdir þangad,
al-þyda vard ſtilli (*l*) hlyda;
velldi red þvi aſt-vinr alldar,
(*m*) einart la þat fyrr (*n*) und Sveini.

Eptir þetta ſetti Eirikr Konungr menn til landz-gæzlu a Vindlandi, oc helldu þeir Riki þat undir Eirik Konung. Sidan for Eirikr Konungr til ſkipa ſinna, oc ſigldi ſidan heim til Danmerkr med ſigri micklum. Hann kom fyrſt vid Eyland ſkipum ſinum, er hann kom ſunnan af Vindlandi, ſem Markuſſ ſegir: Flauſt-

(*a*) *al.* hendur. (*b*) *al.* hjörtun. (*c*) *al.* hrygda. (*d*) *al.* elldurinn. (*e*) *al.* vid. (*f*) *al.* þottu. (*g*) *al.* grönd. (*h*) *al.* Vindar. (*i*) *al.* chart. feſtu. (*k*) *al.* voru. (*l*) *alii inſerunt* at. (*m*) *al.* einatt. (*n*) *al.* vid.

„ Paganorum exercitus ex veteri navalis sui porta
„ exitum tandem desiderabat.
„ Cogebantur & ii, qvi castellum planitiei proximum
„ defendebant, victoris arbitrio se committere.

Ceterum tanta ibidem strages facta, ut à nemine posset iniri numerus interfectorum. Occubuit & istic affinis imperatoris Biorno, maxima suorum parte ad internecionem deleta. Rex Ericus ingentem prædam collegit, qvam omnem militibus distribuit, nulla sibimet illius parte servata. Deinde domos & habitacula jussit per regionem passim exuri. Paganos vero tantus terror invasit, ut in diversa aufugerent; & qvotqvot obseqvium erga regem exuerant, perfidiæ suæ ac temeritatis gravissimas poenas dederunt. Audiatur Marcus:

„ Profana virorum corda
„ per Vandalorum pagos moestitia implebantur.
„ Ignis infinitam virorum turbam involvebat.
„ Ericus atria eorum cremavit.
„ Scintillis incensa domorum fastigia ardebant.
„ Palatia late ceciderunt.
„ Fluxit prima diei pars, & sursum videbatur
„ flamma in coelum ascendere.

Neqve in hac Marci relatione qvicqvam a veritate alienum. Cruentum enim id bellum maximam hominum multitudinem absumpsit, partim armis, partim flammis interemptam. Fuere, qvi victorum furorem evadentes, fuga salutem qværerent: hi protinus ad regem supplices properant, graviqve imposita multa, poenam capitis redimunt. Ex isto tempore rex avitam ac hæreditariam possessionem nuncupavit regnum, qvod Daniæ reges in Vandalia tenuerant, ab eo usqve tempore, qvo rex Sveno furcatæ barbæ ditioni suæ idem subjecerat. Marcus hunc in modum rem explicat:

„ Ericus insigni potiebatur victoria.
„ Terga protinus dedere Vandali.
„ Poenas tunc luebant crudeles viri,
„ victoria frustrati.
„ Ditionem Rex hereditario jure sibi vindicavit.
„ Plebs regi cogebatur obtemperare.
„ Regnum istud antea ipse rexerat, populo dilectus:
„ qvippe qvod olim paruerat Suenoni.

Inde Ericus, dispositis per totam Vandaliam præsidiis, qvæ regnum istud in fide atqve obedientia erga se continerent, ad naves suas se confert: qveis in Daniam, victoria illustri clarus, redit. In hac autem navigatione ad Oelandiam appulit. Diserte id poëta testatur his verbis:

(*a*) Flauſtum lukti (*b*) folka (*c*) treyſtir
folldar ſidu brimi knida.
örr viſi bad oddum læſa
urga ſtrönd, oc (*d*) ſvalri röndu:
hlifum keyrdi herſa reifir
(*e*) harda nytr umm (*f*) land ed (*g*) ytra,
(hilmir lauk vid (*h*) her-gang olman)
haudr Ey-dana ſkialld-borg raudri.

Eptir þetta ſettiz Eirikr Konungr um kyrt heima i Riki ſinu, oc vard enn frægr miök oc a-gætr af ferd þeſſi.

LXXVII. CAP.

Uptekinn heilagr domr Knutz Konungs.

Eirikr Konungr ſafnar öllum enum beſtum mönnum, oc enum vitruztum i Riki ſinu, bædi lærdum oc o-lærdum, oc atti tal vid þa: ſegir Konungr, at þat er hans vili, at leitad ſe til graptar Knutz Konungs, ef þat er eigi i moti vilia Kenni-manna; enn ſegir þat þo a þeirra for-ſia vera ſkolu; enn allir badu Konungin rada. oc var engi ſa er i moti mællti. Oc þa med ſamþycki Byſkupa, oc allrar al-þydu, oc Konungs atkvædi, foru þeir til Fions, med micklu fiöl-menni. Voru þa þar med Konungi allir enir beztu menn i Danmörk. Sidan gengu þeir til leidis Knutz Konungs. var þar þa til leitad, oc tekin up kiſtan, oc var heilagr domr hans borinn um kirkiu, med virduligum löſſaungum: Enn fyrir auſtan kirkiuna ſat einn madr, ſa er lengi hafdi kryplingr verid. hann vard fyrir þeim mönnum er helgan dominn baru; enn er þeir baru yfir hann fram helgan dominn, þa ſtod hann heill up, oc geck um kirkiu, med ödrum mönnum, lofandi gud, oc hans piningar vatt, enn helga Knut Konung. Sidan var heilagr domr Knutz Konungs borinn i kirkiu, oc var ſettr a midt kirkiu golvid. Eptir þat geck Konungr til oc kenni menn, oc var uplokin kiſta Knutz Konungs, oc var likami hans med heilu liki, ſem hann væri ny-andadr, oc þotti öllum þetta mikils vert. Þa var likami Knutz Konungs tekinn or kiſtunni, oc lagdr a barar. Þa mællti menn, at reyna skylldi helgan dominn Knutz Konungs, oc vikia allir þeſſu til rada Eiriks Konungs oc atkvæda, Konungr ſvaradi: þeſs em ek fuſari, at reyndr ſe heilagr domrinn; þviat þat kann vera, ef eigi er reyndr, at þat ſe mællt, at þetta ſe fals oc nyiung var Dana;

(*a*) flauſtrum. (*b*) *al.* folk. (*c*) a trauſtri. (*d*) *al.* ſniallri. (*e*) *al.* hardla. (*f*) *al.* landit. (*g*) *ch.* itra. (*h*) *al.* hernat.

„ *Navibus clausit qvi populos fideles reddit (i. e. Rex,)*
„ *oram terræ, maris æstu attritam.*
„ *Idem sagittarum & scutorum copia*
„ *lutulentum littus qvasi obseptum tenuit*
„ *Egregius baronum promotor (i. e. Rex :)*
„ *exteriorem terræ oram undiqvaqve armis cinxit,*
„ *Demum, effervescente motu bellico,*
„ *clausit rex terram Oelandorum rubra scutorum testudine.*

Ab eo tempore Ericus immortali sibi nominis gloria ex ista expeditione comparata, restitutam regno suo pacem ac tranqvillitatem diu coluit.

CAP. LXXVII.

De reliqviis Divi Cnuti e tumulo effossis.

Postea Ericus rex convocatis per regnum suum universis, qvi sapientiores habebantur, tam sacrorum qvam secularium ordinum viris, concilium habet. Hic exponit, placere sibi, ut Cnuti regis sepulchrum inspiciatur, si sacerdotum id voluntati non repugnet, qvorum judicio res ista committenda. In regis sententiam itur, ejusqve arbitrio totum defertur, nemine uno contradicente. Cumqve accessisset etiam episcoporum auctoritas, populo omni mandatum regis opprobante, placuit ad rem peragendam in Fioniam ire. Istuc rex cum freqventissima comitatu proficiscitur : qvem omnes Daniæ optimates seqvuntur. Cnuti regis sepulchrum aditur, aperitur, effoditur capulus, qvo pretiosæ divi reliqviæ inclusæ : solenni hæ pompa circa templum circumgestantur, dum pii intera & religiosi hymni cantabantur. Ad orientale templi latus considebat claudus qvidam, qvi hoc malo diu affligebatur. Is, cum supra eum capulus portaretur, sanus ac vegetus, sublata omni claudidate, in pedes se erigens, pompam cum reliqvis proseqvebatur, templum circumeundo, ac Deum ipsiusqve martyrem divum Canutum merita gratiarum actione celebrando. Dein sacræ reliqviæ templo inferuntur, ac in medio pavimento collocantur. Rex una cum sacerdotibus capulum accedit, qvo aperto, divi martyris corpus integrum colorisqve adeo vividi apparuit, acsi recens expirasset: id qvod non levem omnibus admirationem commovit. Tum corpus capulo exemptum feretro imponunt : svadentibus nonnullis, ut sanctitatis, qva celebrabatur, periculum fiat, modo id rex auctoritate sua probet, qvod is summa sua voluntate fieri significat. Vereri enim, ne, nisi ejusmodi examen instituatur, sinistris sermonibus locus detur, Danos scilicet præstigiarum atqve offu-

 ciarum.

Dana; enn ver væntum þeſſ, at Gud muni þetta veita, fyrir verdleik þeſſa ens helga Knutz Konungs ſins vinar, at þa ſkyli öllum enn audſærri oc o-efanligri hans helgi, at þar ſe meiri raun til giör, ſva at þa megi engi iſa um. Þa let Eirikr Konungr taka lin o-rent, og (*) veſa ſaman i brudu. Þat var eigi miorra ne ſkemra enn likami Knutz Konungs. Sidan var þeſſi bruda lögd ofan a likamann. Þa var tekinn vigdr elldr, oc lagdr i bruduna, oc brann þa brudan öll, ſva at aſka ein var eptir, enn likamr ens helga Knuz Konungs var obrunnin, oc ſva al-heill, at öngu hari var ſkatt; enn þa var likaminn mycku biartari en adr. hofu þa lærdir menn upp: *Te Deum*, oc lofudu allir almatkan Gud, oc þenna hans piningar vatt, enn helga Knut Konung. Var þa þegar tekid i mikid halld hans liflatz dagr, oc er um alla Danmörk hans meſſu dagr halldinn, ſem enar æztu ha-tidir. Þa var or iördu tekin ſu kiſta er lik Benedicz Konungs brodur hafdi verid i-lagt, oc voru ſar hans öll groin, þau er horft höfdu at helgum domi Knutz Konungs. Sidan let Eirikr Konungr giöra ſkrin virdulikt, oc þar var i-lagdr heilagr domr Knutz Konungs, oc var ſett yfir alltari. J ödru ſkrini hvilir Benedict Konungs brodir, i Odins ey, a Fioni. I þeſſi ſömu kirkiu, er nu er helgud Knuti Konungi, veitir Gud, fyrir hans bænir oc arnadar ord, mickla miſkunn, oc margar iartegnir: þar fa blindir menn ſyn, enn halltir göngu; lik-þrair hreinſaz; enn diöflar flyia fra odum mönnum; veitiz þeſſi hialp, þar ſem þeſſi guds vinr hvilir, enn helgi Knutr Konungr, oc vida annar-ſtadar, þar ſem a hann er heitid eda kallad med rettri tru, at ſam-vinnanda drotni varum Jheſu Kriſto, þeim er liſir oc rikir einn Gud at eiliſu.

LXXIIX. CAP.

Fra ſonum Eiriks Konungs.

Eirikr Konungr hafdi tekid ad her-fangi Fru Botilldi, ſyſtur Heinreks Keiſara, er Keiſarinn hafdi gipta Birni i Vindlandi, ſem fyrr var ritid. hann flutti Fru Botilldi, heim med ſer til Danmerkr. Vid henni gat Eirikr Konungr ſon: ſa Sveinn het, eptir Knuti Konungi enum helga, brodur hans. hann var ſnemma vænligr oc fridr ſynum; enn er hann var ungr at alldri, þa ſagdi Eirikr Konungr Fru Bothilldi: Nu hafa viſtir þinar verid her nockurar ſtundir, enn nu mun þat þriota; mun ek nu lata fylgia þer heim til frænda þinna. Hon ſvaradi: Ek ætla ockr litt aſtar funnda audit hafa ordit, oc hafi þer meirr

(*) *melius* juxta alia Exemplaria *veſja.*

ciarum esse architectos. Confidere autem, Deum respectu meritorum divi martyris, amici sui, facturum, ut fama sanctitatis ejus magis conspicua longe lateqve disseminetur, si rite atqve ea, qva par est, cura probatio suscepta fuerit, adeo ut omnis dubitandi occasio hoc modo præscindatur. Itaqve hunc in finem rex mandat ex lino crudo atqve infecto pupam formari, magnitudine corpus sanctum æqvantem, qvæ corpori applicata, igne prius consecrato accendatur. Respondit votis experimentum; nam pupa combusta in cineres redigebatur, corpore prorsus illæso, atqve, ut ne unicus qvidem pilus consumeretur, integro manente qvin & multo, qvam antea, candidiore. Qvo miraculo edito, chorus sacerdotum consueto jubilo, Te Deum *qvod vocant, Numini grates persolvit, sanctumqve ejus martyrem regem Cnutum laudat. Exinde coepit emortualis ejus dies magna cum solennitate celebrari, qvæ inter primæ classis solemnia festa per totam, qva patet, Daniam deinceps numeratur. His actis effoditur e terra capulus, qvi Benedicti, regii fratris, cadaver continebat; deprehensumqve omnia ejus vulnera, qvæ sancto Cnuti corpori obversa fuerant, coaluisse. Rex Ericus scrinium jubet insigni arte ornatuqve fieri, qvo sacræ reliqviæ inclusæ, super altare collocantur. Altero scrinio reconditum fuit corpus Benedicti, regii fratris, qvod & Othiniæ Fionorum servatur. Templum vero, qvod divi Cnuti memoriæ dicatum est, Deus, illius precibus & intercessione commotus, plurimis præsentiæ suæ signis magnisqve miraculis nobilitat. Hic nempe cæcis oculorum, claudis pedum usus restituitur, lepra infecti mundantur, dæmonibus obsessi liberantur. Tanta salus, prodigii plena, præstatur non tantum ad ipsum sancti martyris corpus, sed & aliis multis locis, ubicunqve fervidis votis ac recta fiducia invocatur, operante præsertim Domino nostro Jesu Christo, qvi unus Deus, vivit & regnat in secula seculorum.*

CAP. LXXIIX.

De Erici regis sobole.

Matrimonio sibi junxerat Ericus rex imperatoris Henrici sororem, nomine Bothildam, qvam frater antea, ut superius dictum, conjugem dederat Biornoni Vandalo. Hanc ex bello Vandalico captivam rex secum in Daniam abduxit, exqve ea filium suscepit, qvi nomine patrui sancti Canuti vocatus est, scitus puer formaqve oppido liberali. Isto nondum pubere, rex conjugi Bothildæ significat, sibi in animo esse, facto divortio, eam ad cognatos remittere. Ea separationem ægre ferens, videri sibi, ait, consvetudinem, qvam rex secum habuerat, omni prorsus amore caruisse, odioqve po-

meirr giört ſam-lag vid mik af heipt en af aſt: munu þer þa vilia unna mer, herra! ſagdi hon, at Knutr ſon ockarr fari med mer, til huggunar vid mik. Konungr ſagdi: Ecki a ek ſva gott at launa þinum frændum, at ek unna þeim þeſſ, at þeſſi madr vaxi þar up; þviat þat er hug-bod mitt, at hann verdi at ſæmd ſinum frændum, oc mörgum ödrum. Sidan var henni fylgt heim til frænda ſinna, oc feck Eirikr Konungr henni ſæmiligt foruneyti. tok Keiſarinn vel vid henni, oc ſva adrir frændr hennar. Knutr ox up, ſon Eiriks Konungs, i hird födur ſins. hann var bratt vinſæll, oc vel mentr i alla ſtadi. Konungr unni honum mikid, oc af öllu folki var hann aſtugr. Eirikr Konungr atti ij ſonu adra, þa er ellri voru: het annarr Eirikr, enn annarr Haralldr Keſia. þeir voru badir vænligir menn. Eirikr Konungr atti eina dottur, hon var gipt þeim manni er Hakon enn Noræni het. hann var oc kalladr Hakon Sunnifuſon. Sunnifa var dottir Hakonar Jarls Ivars ſonar, oc Ragnhilldarr, dottur Magnuſſ Konungs ens goda, Olafs ſonar ens helga. Son Hakonar ens Noræna, oc (*) dottur Eiriks Konungs, het Eirikr Lamb, er enn mun ſidarr verda fra-ſagt. Eirikr Konungr hafdi löngum ſtarfſamt, medan hann red fyrir Danmörk. hann lagdi mickla ſtund a ſtiorn bædi landz oc laga. hann lagdi oc mikinn hug a at ſtyrkia ſtadi, þa er nidr voru lagdir, eda hrörnandi. hann let giöra v. ſtein-kirkiur af ſins eins koſtnadi, oc lagdi ſidan fe til. Sva ſegir Markus:

Vida ſetti visdoms grædir
virki ſkryddar höfud-kirkiur,
(a) gjörva let þar holl-vinr herjar
hrein muſteri fimm af ſteini;
varu þau med trygdar tiri
tida ſlauſt er gramr let ſmida
bödvar ſniallr oc beztr ad öllu
+ bordi (b) merkt fyrir Saxland nordan. + l. f. borda

LXXIX. CAP.

Fra Eiriki Konungi.

Þat var eitt ſinn er Eirikr Konungr atti fiölment þing, (**) at hann taladi, oc tok ſva til mals: Gud þacki ydr Dönum aſt oc hlydni, oc marga goda hluti, er þer hafid til min giört, medan vart ſam-velldi hefir verid; Enn nu ætla ek mer ferd or lanndi, ut til

(*) Ragnhilldar *addit charta.* (a) *al.* giöra let þat hollr um herut. (b) *al.* merkte fyrir Saxa. (**) at hann taladi, *deeſt in aliis Exemplaribus, & revera eſt otioſum.*

potius imputandam. Qvandoqvidem tamen ita placeat, vel eo saltem solatio divortii rigorem mitiget, ut liceat sibi Cnutum filium itineris & fortunæ socium habere. Cui rex, haudqvaqvam tantum a se ipsius consangvineis deberi, ut puerum sub ipsorum oculis sinat educari; atqve præsagire sibi animum, hunc ipsum puellum, non cognationi modo suæ, verum & aliis summo aliqvando honori futurum esse. Itaqve Bothildam ad patrios lares cum honestissimo comitatu curat deducendam; qvæ a Cæsare ceterisqve consangvineis perbene excepta est. Postea Cnutus, Erici regis filius, in aula paterna adolevit, optimis artibus disciplinisqve, regio principe dignis, innutritus; neqve regi modo, sed & universo populo in deliciis fuit. Binos præterea filios Ericus sustulerat, natu majores; qvorum uni Erici nomen erat; alter Haraldus Kesia, qvod vocabulum Danice haftam *significat, appellabatur. Una vero ei tantum erat filia, qvam nuptam collocavit Haqvino cuidam Norvego, ex regio Norvagorum sangvine orto. Is Sunnisæ filius vocatus vulgo: qvippe qvi matrem habuerat Sunnisam, cui pater Haqvinus Ivarides, mater vero Ragnhildis filia erat Regis Magni, cognomento Boni, neptisqve adeo Olavi Sancti. Haqvino illi Norvego, Sunisæ filio, Erici regis filia peperit Ericum, Agnum dictum, de qvo infra commemorabitur. Ceterum Ericus rex, qvamdiu Daniam gubernavit, industrius ac diligens, &, si qvis unqvam, laboriosus, totum se impendit administrationi regni: Imperiumqve ipsius, cum bonarum legum promulgatione, tum morum emendatione; tum & urbium, qvotqvot vel dirutas, vel labantes compererat, refectione, illustre fuit. Qvinqve templa è lapide suis sumptibus exstruxit, reditusqve pecuniæ eis addidit; affirmante poëta Marco sæpius laudato:*

„ *Passim constituebat sapientiæ restitutor amantissimus (sc: Ericus rex)*
„ *templa cathedralia egregie munita.*
„ *Ut qvinqve nitida ex lapide templa ædificarentur,*
„ *curavit Rex iste, exercitui suo perqvam dilectus,*
„ *bellator egregius, omniqve ex parte optimus,*
„ *Erant autem illa & firmissime parietibus exstructa;*
„ *& aulæis aliisqve rebus splendida,*
„ *Locus eorum, Saxoniæ ad boream oppositus, (i. e. in Dania.)*

CAP. LXXIX.
De Erico.

Aliqvanto post tempore conventum Ericus rex indixit, multo freqventissimum. In qvo hæc ad multitudinem verba habuit: Deus vobis, Dani, rependat amorem & obedientiam, multaqve alia beneficia, qvæ mihi, dum „ vobis præfui, exhibuistis. Modo mihi in animo est, iter Hierosolymam face-

til Jorſala, oc er þat eigi viſt, hvart mer verdr audid aptr at koma; hingat til Danmerkr: enn til ferdar ſkal radaz med mer Eirikr ſon minn, oc þar med adrir höfdingiar, þeir er ek ræd til at nefna; enn Haralldr ſon minn ſkal vera heima-eptir, ſet ek hann til landz ſtiornar oc for-rads fyrir Riki mitt, medan ek em i brotto; enn Knuti ſyni minum vil ek gefa hertugadom i Heidaby, oc þat Riki er þar fylgir: enn þat er öllum mönnum kunnigt, at Nicholas brodir minn er næſtr Konungdominum, eptir minn dag, fyrir laga ſakir: Vil ek oc eigi ræna hann ſinni ſæmd oc Riki: vænti ek at hann muni mer þat vel launa; þickiumz ek eiga at honum goda frændſymi, at hann veiti Knuti ſyni minum vinattu oc ſtyrk, til þeſſ at hallda Riki þvi, er ek fæ honum i henndr; þviat hann er ſialfr barn at alldri: oc þicki mer þat allmicklu mali ſkipta, at þeir frændr bui vel ſaman, vil ek þeſſ oc bidia alla mina vini, at til ſveinſins giöri vel oc ſæmiliga. Sidan bio Eirikr Konungr ferd ſina i tomi, med micklum koſtnadi, oc ſpurdiz vida um lönd þeſſi hans fyrir ætlun, oc reduz margir rikis menn til ferdar med honum, bædi innanlandz oc ſva or ödrum londum, oc margir höfdingiar efldu hann med fe-giofum til þeſſar ferdar, þeir er ſpurdu fyrir-ætlun hans. I þenna tima ſendi Fracka Konungr Eiriki Konungi ſæmiligar giafir, adr hann færi or landi. Þat er fleſtra manna ſögn, at þa hafi verid giör ſætt i milli þeirra Heinreks Keiſara oc Eiriks Konungs, ſva at þeir ſialfir ſendu giafir i milli, oc Keiſarinn ſendi Eiriki Konungi ſtor-giafir, oc feck honum herlid oc lad-menn af ſinu Riki, alla leid ut til Micklagardz. Sva ſegir Markus Skeggiaſon:

Blidan gæddi biörtum audi
Biarnar hlyra Frack-landz ſtyrir;
ſtorar let ſer rand-gatdz ryrir
riks Keiſara giafir lijka:
hanum let til her-vigs buna
harra ſpialli lad-menn ſnialla
alla leid-adr ödlingr nædi
Jota grundar Ceſars fundi.

LXXX. CAP.

Koſinn Özur til Erkibyſkups.

I þenna tima var Özurr, ſon Sveins þorgunnu ſonar, Byſkup i Lunndi a Skani. hann var rikr oc ſtor-ættadr, oc enn meſti höfdingi,

„ re; adeoqve in incerto positum, num unqvam Daniam revisurus sim. Itineris socium filium meum sumam Ericum, in comitatu aliorum magnatum, „ qvos mihi adjungere constitui. Haraldum vero alterum filiorum domi relinqvam, cui Daniæ esto regimen & administratio per absentiam meam „ commissa. Tertium, Cnutum, itidem natum meum, ducis titulo ornatum, „ Slesvico præficiam, ditioniqve eo pertinenti. Jam vero omnibus satis „ constat, ex legibus nostris Nicolaum, fratrem meum, me qvando e vita numen „ evocaverit, proximum esse dignitati regiæ; qvem neqve isto honore defraudare volo, neqve erga me ingratum futurum credo. Tantumqve videor mihi „ fiduciæ, & in meis erga ipsum meritis & in sangvinis propinqvitate habere, ut filio meo Cnuto omnem ab eo amicitiam sperare possim, suppetiasqve, „ si qveis indiguerit, haud defuturas, ad provinciam, qvam ei attribui, servandam tuendamqve, præsertim cum nondum pueritiæ annos egressus „ est. Hoc enim maximopere cupio, ut inter istos, tam propinqva alias „ cognatione junctos, firma ac stabilis concordia semper vigeat. Insuper „ omnes amicos meos rogatos volo, obtestorqve, ut honeste cum puero liberaliterqve agant, ejusqve commodis ac honori inprimis studeant„. His propositis, rex itineri pedetentim se accingit, magnis sumptibus præparato. Qvod brevi ubiqve pervulgatum fuit; unde factum, ut complures primæ nobilitatis viri tam intra qvam extra regnum comitatui sese isti sociarent. Neqve defuere ex vicinis principibus, qui cognita illius profectione, sumptibus faciendis regi subvenirent, amplissimis ipsi donis oblatis. Qvos inter facile primus erat rex Galliæ, cujus Ericus, anteqvam ex Dania discesserat, liberalitatem vere regiam expertus est. Fertur etiam inter Cæsarem Henricum, atqve Ericum regem foedus fuisse junctum, reciprocisqve muneribus sancitum, nec non missam ab imperatore cohortem, qvæ regem Constantinopolim usqve deduceret. Ita certe Marcus Skeggonides:

„ Affabilem Biornonis fratrem splendidis ornavit opibus
„ (vel nitida donavit pecunia) Galliarum rector.
„ Scutorum corruptori (i. e. Erico regi)
„ acceptissima fuere potentis Imperatoris dona.
„ Tradidit regum confabulator (i. e. Imperator Henricus)
„ custodes viæ, ad pugnandum paratos,
„ Jotorum possessori, (i. e. Regi Daniæ) præsto per totum iter futuros,
„ donec ad Cæsarem (sc. Constantinopolitanum) perveniret.

CAP. LXXX.
De Asseri in episcopum electione.

Sacrorum tunc temporis antistes apud Lundenses in Scania erat Svenonis Torgunnidæ filius Asserus, vir magnis opibus clarisqve natalibus conspicuus,

ingi, oc atti frænda afla mikinn, oc ſyndiz mörgum mönnum hann vel felldr til Erkibyſkups: oc med forſia Eiriks Konungs, oc villd annarra höfdingia, oc alþydu ſamþycki i Danmörk, þa var Özurr Byſkup koſinn til Erchibyſkups i Danmörk, oc þat med, at Erchiſtoll ſkyldi vera i Lundi, ſa er allr lydr a Danſka tungu ſkylldi til-þiona. Sva ſegir Markus:

Drottinn let i Dan-mörk ſettan
(*a*) döglings grundar ſkamt fra Lundi
Erki-ſtol (*b*) þann er öll þiod dyrkar
eliun-(*c*) þungr á Danſka tungu.
hildingr framdi heilagt velldi,
(*d*) hvar-gegnan ma Özur fregna
(hanum vijſar hölda reynir
himna (*e*) ſtig) til Byſkups vigdan.

Enn þo at Eirikr Konungr efnadi til þeſſa, adr hann for or landi, þa lidu nockurir vetr adr Özurr fengi Erchibyſkups tign.

LXXXI. CAP.

Fra Eriki Konungi.

Enn er Eirikr Konungr hafdi buid lid ſitt, ſem honum likadi, þa for hann or landi med fridu föru neyti. hann hafdi mikid ridd-ara lid, oc marga fot-ganganndi menn. Sva ſegir Markus:

Lyſt ſkal hitt er lækna (*f*) fyſti
lid-hrauſtr Konungr (*g*) far-en idri;
nordan fór (*h*) med helmjng hardan
herſa mædir ſál at græda:
harri þiotz til (*i*) heims ens dyrra,
hann giördi för ut at kanna;
(budlungr villdi biart lijf ödlaſt)
bygd Jorſala (*k*) fridi trygda.

Eirikr Konungr for rikuliga, oc med micklum pris, oc i hverri borg, er hann kom, þa var hans ſæmd giör: gengu kennimenn med proceſſionem i mot honum oc helgum domum. Sva ſegir Markus:

Baru menn or borgum ſtorum
bleydi ſkiars a (*l*) mot harra
(ſungid var þa er (*m*) herr tok hringia)
hnoſſum (*n*) göfgud ſkrijn og (*o*) kroſſar: + l Kroſſa

alldre

(*a*) *al.* dögling, (*b*) *al.* þar. (*c*) *al.* þung. (*d*) *al.* hvat-gegnan. (*e*) *al* ſtigr. (*f*) *al.* fyſtiſt. (*g*) *al.* fór ſá nordan. (*h*) *al.* enn med helming hördum vördu. (*i*) *al.* heimſins. (*k*) *al.* i fridi. (*l*) moti, *rectius.* (*m*) *al.* hjer, *minus recte, ut videtur.* (*n*) *al.* göfugt. (*o*) *al.* kroſſa, *& id forte rectius.*

ſpicuus, atque inter regni proceres loco & dignitate primus: Qvorum multos propinqvitatis vinculis habebat conjunctos. Qvapropter & is infula archiepiſcopali omnium digniſſimus judicabatur. Itaqve conſilio Regis Erici accedentibus procerum ſuffragiis totiusqve populi conſenſu, Daniæ archiepiſcopus eligitur, hoc pacto, ut Lundæ ſedem habiturus, ab univerſis gentibus, qvæ Danica utuntur lingva, ſacrorum princeps agnoſcatur. Ita Marcus:

„ *Dominus magnanimus curavit in Dania, ditione ſua,*
„ *erigi, non procul à Lunda,*
„ *archiepiſcopalem ſedem,*
„ *qvam omnis populus Danica lingva utentium, veneratur.*
„ *Sanctam rex poteſtatem omni ſtudio promovit.*
„ *Celebraturqve fama, Ozurum Epiſcopum fuiſſe tum conſecratum,*
„ *cui viam ad coelum*
„ *virorum præſtantiorum explorator (i.e. rex) monſtravit.*

Qvanqvam vero hoc ante ſuſceptam regis profectionem coeptum fuerat, tamen aliqvot anni effluxere, anteqvam Aſſerus munus archiepiſcopi adiret.

CAP. LXXXI.
De Erico rege.

Cum autem Ericus rex ad peregrinationem ſuam cuncta inſtruxiſſet, ſplendida turba comitatus, itineri ſe dedit, magnum eqvitum peditumqve numerum ſecum ducens: teſte Marco:

„ *Celebretur & illud, qvod præpollens rex,*
„ *interiora vulnera ſanandi cupidus,*
„ *ex aqvilone profectus ſit:*
„ *nempe ut baronum ille domitor (i.e. rex) animæ medicinam qværeret.*
„ *Ad iter ſe dominus in nobiliorem orbis partem paravit.*
„ *Suſcepit rex peregrinationem,*
„ *qvo candidiorem deinceps vitam ingrederetur,*
„ *ad ſedes usqve Hieroſolymæ, pace munitas.*

In iſto itinere nullis ſumptibus pepercit, qvibus regiam magnificentiam declararet. Qvæ & cauſa fuit, ut in civitatibus, qvas tranſiret, ſummis honoribus affectus ſit, adeo qvidem, ut ſacerdotes, inſtituta ſupplicatione, ſanctorumqve reliqviis ſolenni pompa geſtatis, obviam ei procederent, adverſitorumqve inſtar ipſum exciperent: ſi poëtæ credendum:

„ *Proferebant viri magnis ex urbibus*
„ *in occurſum Regis impavidiſſimi*
„ *ornata pretioſiſſimis rebus ſcrinia & cruces.*
„ *Cantabatur, cum pulſare campanas cœpiſſet turba.*

(*a*) alldre fær i annars velldi
Jöfra (*b*) rijkir metnad slijkan:
eitt var ser, þat er jafnaz mátti
engi madr vid Dana þengil.

Eirikr Konungr for þar til er hann kom til Mickla gardz. I þenna tima var Alexis, Girkia Konungr. hann tok sæmiliga vid Eiriki Konungi, oc veitti honum virduliga veizlu. Þat er sagt at Alexis Girkia Konungr baud Eiriki Konungi, hvart hann villdi þiggia af honum halfa lest gullz, eda leti hann leika fyrir honum leika þann, er Girkir kalla Padreims leik, oc Konungr er vanr at lata leika a Padreimi, i þeim stad er sva heitir: oc sögdu allir, at eigi kostadi Konunginn minna (*) leikinn, enn þetta gull, er hann baud Eiriki Konungi; Enn þvi at Eiriki Konungi vard kostnadarsamt, er hann hellt fiöl-menni mikid, oc eyddiz miök lausafe hans, enn far-vegr langr fyrir höndum, þa kaus hann helldr gullid. Þessi sami Alexis Girkia Konungr baud sidan Sigurdi Noregs Konungi Jorsalafara slikan kost; enn med þvi at Sigurdr Konungr for þa heim-leidis, oc hafdi þa lokid enum mesta fekostnadi i ferd sinni, þa kaus hann fyrir þa sök leikinn; oc greinaz menn at þvi, hvart höfdingligarr þotti kosid vera. Alexis Girkia Konungr gaf Eiriki Konungi (**) klædi sin, oc var þat stor mikid fe. oc hann gaf honum. xiiij. her-skip. oc marga veitti hann honum adra stormannliga hluti i fegiöfum. Sva segir Markus Skeggiason:

Hilldingr þa vid hæst lof alldar
hofgan aud i gulli raudu;
halfa lest af harra siálfum
(*c*) harda (*d*) vitr i Mickla gardi:
ádan tok vid all-vallz (*e*) klædum;
(*f*) Eiriki þo var gefid fleira,
reynir veitti her-skip hánum
hersa máttar. vj. oc viij, (o: *Sex oc átta.*)

Alexiss Konungr veitti Eiriki Konungi alla þa hluti, er hann þyrfti at hafa til skipa ferdar af hans riki, oc skildu þeir Alexis Konungr oc Eirikr Konungr med kærleikum oc vinattu. Eirikr Konungr sigldi af Micklagardi med micklu lidi, oc ætladi þadan til Jorsala landz; enn er hann kom i ey þa i Girklandz hafi, er Nordmenn kalla
1103 Kipr, þa tok hann þar sott þa, er hann leiddi til bana. hann andadiz i borg þeirri er Basta heitir; oc feck þat öllum hans mönnum mikillar hrygdar, oc vida annarstadar, þar er menn spurdu þessi tidendi. Sva segir Markus: And-

(*a*) *al.* alldrei, vel alldri. (*b*) *al.* rijkr. (*c*) *al.* hardla. (*d*) *al.* rijkr. (*e*) *al.* skrudi. (*f*) *al.* Eiriki þo at gefit var fleira. (*) minna leikinn, *ita membr. & nonnulla exemplaria chartacea, sed pauca qvædam habent* leikrinn, *qvod tamen rectius videtur.* (**) (tignar klædi *rectius charta.*)

„ *Nunqvam potentiſſimorum regum*
„ *alius tanto in alterius ditione honore afficitur.*
„ *Etenim ſingulare aliqvod hoc erat,*
„ *& qvo nemo æqvari potuit Danorum regi.*

Ericus iter ſuum Conſtantinopolim usqve proſecutus eſt, ſummam imperii in Græcos tenente Alexio, a qvo ſumptuoſiſſimo epularum apparatu exceptus fuit. Ferturqve Alexius Erico optionem dediſſe, utrum mediam auri laſtam in honorarium, an ludorum eqveſtrium ſpectacula, Græcis hippodromia dicta, ſibi mallet exhiberi: qvæ ſpectacula in circo, hippodromo nominato, edere rex Græcorum non minoribus impenſis conſveverat, qvam qvæ ſummam auri Erico oblatam exæqvarent. Ericus vero hac ſibi optione data prudenter uſus, cum in ſumptus itineris magnam pecuniæ vim erogaſſet, tum ob longinqvitatem viarum, tum ob comitatus numerum, ſpectaculis honorarium prætulit. Hic idem Alexius Græcorum rex ſimilem conditionem obtuliſſe dicitur Sigurdo Hieroſolymitano, Norvagorum regi: qvi tunc ex oriente regrediens, jamqve maxima ſumptuum in itinere faciendorum parte perfunctus, ita ut neqve deficerent ad reditum neceſſaria, ludos elegit. Unde in diſceptationem venit, uter regum magnificentior fuerit in eligendo. Ceterum Ericum Alexius donavit pretioſis veſtibus, auro contra minime caris, præter qvatuordecim naves bellicas, multaqve alia maximi pretii honoraria; affirmante Skeggonide:

„ *Accepit rex ſapientiſſimus Conſtantinopoli,*
„ *rem ſummopere laudante populo,*
„ *grave rutilantis auri pondus*
„ *ab ipſo domino (ſc. Imperatore) nimirum dimidiam laſtam.*
„ *Acceperat & paulo antea veſtes ejus honorarias.*
„ *Plura tamen Erico dabantur munera:*
„ *nam qvatuordecim naves bellicas ei conceſſit*
„ *potentiæ baronum explorator (i. e. Imperator.)*

Porro tanta cum cura Alexius omnia ſuppeditavit Erico ad iter navale neceſſaria, ut nihil ultra deſiderari poſſet, inſtructumqve ac donatum largiſſime cum maxima amicitiæ ſignificatione dimiſit. Qvi cum numeroſiſſima comitum turba Byzantio ſolvens in Palæſtinam perrexit. Cumqve ad inſulam maris Græci, qvam ſeptentrionales Cyprum nominant, appuliſſet, lethali correptus eſt morbo, exqve eo in urbe Baſta deceſſit. Obitus ejus non comitatui tantum, ſed & plurimis aliis, ad qvos rumor ejus pertigit, ſane qvam luctuoſus fuit. Fidem facit Marcus, hæc canendo:

Andar krafdi ut i löndum
allz-ſtyrandi (*a*) Konung ſniallan,
elli (*b*) beid-at of-vægr ſtillir,
alldr-ſtrid er þat (*c*) fregit vida:
ſidan harma ſiklings dauda
ſniallir menn um heims bygd alla,
drupir (*d*) herr at dolga ſteypi
(*e*) dyggvan, þat tær verölld hryggva.

Eirikr Konungr var miök harm-daudi öllum þeim mönnum er hann var kunnigr, ſva at þat er ſannliga ſagt, at engi Dana-Konungr hafi aſtſælli verid af allri alþydu i þann tima. hann var. viij. vetr Konungr at Danmörku, oc ſtyrdi þvi velldi med micklum rikdom oc ſkörungſkap: Aungir höfdingiar gengu ſva a riki hans, at hans ſomi eda riki minkadiz vid þat. hann var grimmr vid ovini ſina, oc fyrir þat ſtod þeim otti af honum; enn hann var iafnan blidr oc katr vid vini ſina, oc vard hann af þvi vinſæll oc rikr. Sva ſegir Markus:

Hvergi ſtoduz hiörva, borgar
hriſti meidar (*f*) Konungs reidi,
(*g*) raúnar vard-at rönd vid hánum
reiſt, (*h*) giördut þeſſ jöfrar freiſta:
Ognin ſtod af jarla (*i*) hegni,
engi þordi kapp at ſtrengia
(fleſtir ugdu folld-vörd hrauſtan)
fylkir ſnarr vid Dana harra.

LXXXII. CAP.

Fra Haralldi Konungi.

Eptir þat er Eirikr Konungr for or Danmörk, tok Haralldr Keſia for-rad oc ſtiorn rikiſſins yfir öllu Dana velldi, eptir þvi ſem Eirikr Konungr hafdi til-ſkipad. hann var þa full-kominn madr fyrir alldrs ſakir. hann var vinſæll af mörgum mönnum, oc naut hann þo meſt ad þvi vinſældar Eiriks Konungs fodur ſins. Haralldr Keſia atti ſon þann er het Biörn Jarn-ſida. hann atti dottur Inga Konungs Steinkels ſonar Svia konungs, er Katrin het. þeirra dottir het Kriſtin, er atti Eirikr enn helgi Jatvardarſon Svia konungr, oc voru þeirra börn Knutr Svia konungr, oc Margret drotning, er atti Sverrir

(*a*) *al.* kongin. (*b*) *al.* beidir. (*c*) *al.* frægt er. (*d*) *al.* drupir herr enn dölgum ſteypir. (*e*) *al.* dyggán þotti verölld hryggva. (*f*) *al.* Kongſins. (*g*) *al.* raunar vard þat rönd vid hanum. (*h*) *al.* gjörduzt. (*i*) *al.* meidi.

„ *Animam postulavit in remotis terris*
„ *a rege animoso omnium rerum arbiter.*
„ *Senectutem non expectavit rex bellicosus.*
„ *Late mors illa nunciata est:*
„ *Lugent deinde regis obitum*
„ *fortes viri per universum orbem.*
„ *Præ moerore concidit exercitus in funere tanti hostium exstirpato-*
„ *Hoc enim vel totum terrarum orbem tristitia affecerit. ris.*

Peracerbum Erici Regis fatum omnibus visum: maxime vero lugebant, qvi familiares ipsi fuerant. Atqve tunc vere jactabatur, nullum ad hoc tempus Daniæ regem exstitisse qvi universo populo magis fuisset in deliciis. Octonis annis ipsius regnum summa potentia gloriaqve floruit, neqve ab ullo vicino principe interea infestatum. Unde nulla opum famæqve apparebat diminutio, sed perpetuum observabatur incrementum. Injurias ab hoste illatas severe ultus, nunqvam impune est lacessitus. Adeo omnibus verenda ipsius majestas, armaqve formidabilia exstitere. Erga amicos placidus & benignus, amorem sibi omnium conciliavit. Audiamus poëtam Marcum:

„ *Nusqvam terrarum perferre regis iram*
„ *gladios vibrantes viri poterant.*
„ *Revera ne qvidem scutum adversus illum levabatur:*
„ *Qvod nec reges tentare præsumebant.*
„ *Formidandus erat ille comitum victor.*
„ *Rex nullus, qvantumvis alacer,*
„ *cum rege Danorum viribus audebat contendere.*
„ *Adeo fortissimum illum terræ defensorem timebant omnes.*

CAP. LXXXII.
De Haraldo rege.

Ex Dania discedens Ericus rerum administrationem Haraldo Kesiæ demandarat, uti superius audivimus. Is tunc ætate maturior, multis qvidem per se carus, longe pluribus tamen parentis causa dilectus erat. Filius Haraldo fuit nomine Biorno, ferrei lateris *dictus; hic Catharinam, Svecorum regis Ingonis Stenkillidæ filiam, duxerat, ex qvo matrimonio nata Christina, Sancto Erico Jatvardi filio, regi Svecorum, nupta, qvæ ipsi peperit Cnutum, Sveciæ itidem regem; Margaretamqve, qvam Norvegiæ rex Sverre-*

Sverrir Noregs Konungr; oc Katrin, er atti Nikulas Blaka. Þeirra dottir var fru Kriſtin, er atti Hakon Jarl Galinn i Noregi, oc var þeirra ſon Stunpa Knutr Jarl i Noregi. Haralldr Keſia Eiriks ſon atti Ragnhilldi, dottur Magnus Berbeins, Noregs Konungs, oc voru þeirra ſynır Magnus oc Olafr, er ſidarr mun enn verda fra ſagt, (*) Haralldr oc Knutr.

LXXXIII. CAP.
Fra Nikulaſi Konungi.

Nikulas Sveins ſon tok nu Konungdom i Danmörk eptir Eirik Konung Brodur ſinn; þa voru anndadir allir adrir ſynir Sveins Konungs Ulfs ſonar. hann var tekinn til Konungs einum vetri eptir
1104 andlat Eiriks Konungs. A þvi ſama ari (**) ſendi Paſkalis Pavi pallium Özuri Byſkupi, af bæn oc tilſkipan Eiriks Konungs, ſem fyrr var ſagt. var Özurr ſidan lengi Erkibyſkup i Lundi. hann var rikr höfdingi. Nicholas giördiz brátt höfdingi mikill. hann feck Margretar Ingadottur, hana hafdi fyrr atta Magnus Berbeinn af Noregi. Haralldr Keſia Eiriksſon var kærr vin Nicholas Konungs frænda ſins, oc var löngum innan hirdar med hönum; enn ſtundum ſat hann i Rois kelldu i Siolandi, oc hellt þar mickla ſveit manna, oc efldi þann ſtad miök. Eirikr ſon Eiriks Konungs var ecki jafnkærr Nikulaſi Konungi.

LXXXIV. CAP.
Upphaf Knutz Lavardar.

Knutr, ſon Eiriks Konungs, hafdi Hertugadom oc riki ſlikt i Heidabæ, ſem Eirikr Konungr, fadir hans, hafdi gefid honum. hann var allra manna vinſælaztr oc örvaztr af fe, oc bezt þockadr af alþydu, þott Nikulas Konungr, eda Magnus ſon hans, hefdi riki meira; þvi var hann kalladr Knutr Lávardr. þat bar meſt til vinſælda hans, at hann let öllum ſitt fe heimillt, þeim er hafa þyrfti, enn þeir gættu eigi hofs vid, er þiggia villdu, oc urdu framlögin minni i moti vid hann enn naud-ſyn krafdi, oc geck upp fyrir honum miök feid. Ecki var margt um med þeim frændum Nikulaſi Konungi oc Knuti Lavard; öfundudu þeir fedgar miök vindſæld hans, oc þotti þeim hann giörr ecki ſidr at athvarfi en þeir. var þat oc ſva: þviat nær villdu ſva allir giöra, ſem Knuti likadi bezt. var Magnus þo iafnan færri

(*) *chartæ inſerunt* oc. (**) ſendir, *membr.*

rus in matrimonio habuit; & Catharinam, cui maritus datus est Nicolaus Blaka. Illis ortum debuit Christina, Haqvino furioso, *Norvegiæ comiti, collocata, cui Stunpa-Cnutum peperit, etiam Norvegiæ comitem. Haraldus vero Kesia, Erici filius, connubio sibi junxerat filiam Magni Nudipedis, Norvegorum regis, nomine Ragnhildam, ex qva suscepit filios, Magnum, Olaum, infra nobis commemorandum, Haraldum, atqve Cnutum.*

CAP. LXXXIII.
De Nicolao rege.

Erico fratri in Daniæ regno successit Nicolaus Svenonis filius, ceteris fratribus jam fato functis. Hic anno mortem Erici regis insequente inauguratus fuit: qvo & ipso Paschalis Romanus pontifex rogatu Erici, uti supra dictum est, pallium misit episcopo Assero, qui sedem archiepiscopalem Lundensem diu occupavit in summa opum honorumqve affluentia. Potentia Nicolai brevi ampliter accrevit. Isqve filiam Ingonis Margaretam matrimonio sibi junxit, viduam relictam Magni Nudipedis Norvagi. Haraldum Kesia consangvineum suum magno favore prosecutus, assiduoqve convictu & contubernio dignatus est. Subinde vero idem Haraldus Roeskildæ consedit, urbemqve illam præ ceteris præsidio numeroso, operibus, munitionibusqve ornavit: Ast Ericus, filius Erici, Nicolao regi non æqve gratus acceptusqve fuit.

CAP LXXXIV.
De Cnuto Lavardo.

Cnutus, Erici filius, ducatu Slesvicensi, qvem hereditatis loco parens ipsi assignarat, tranqvillus gaudebat, ac munificentia sua omnium ita animos devinxit, ut in amore populi omnino is primas teneret, licet Nicolaus rex cum Magno filio suo, ampliorem longe ditionem possideret. Qvocirca & Cnutus cognomento Lavardus *dictus est. Istud vero populi studium solitus erat hoc arte, sane qvam honesta ac laudabili, acqvirere, qvod pecuniam eis, qvibus usus esset, mutuam daret: Qva ipsius benignitate non pauci abutentes, modum excesserunt in sumendo, in rependendo deficientes: unde factum, ut pecuniæ elocatæ non levis jactura fieret. Necessitudo sangvinis, qvæ Cnuto nostro cum Nicolao rege intercedebat, nullam animorum conjunctionem peperit. Qvod autem Cnuto odium Nicolai atqve Magni conflarat, livor erat & invidia favoris popularis, qvodqve ejus benevolentiam cernerent*

færri til hans. Nockurum vetrum eptir andlat Eiriks Konungs, andadiz Heinrekr Keiſari i Saxlandi, oc var ſidan Keiſari Heinrekr ſon hans: Enn er Knutr Lavardr ſpurdi, at Heinrekr Keiſari, modur brodir hans, var andadr, enn Heinrekr ſon hans var Keiſari, þa giördiz hann fuſſ at finna hann, fyrir frændſimis ſakir, oc for hann þangat med virduligu föruneyti; oc er Keiſarinn ſpurdi til ferda hans, þa let hann bua virduliga veizlu i moti honum, oc fagnadi honum vel, er þeir funduz, oc dvaldiz hann med Keiſaranum um hrid i enum meſtum kærleikum.

LXXXV. CAP.

Fra Knuti Larvard.

Þat var eitt ſinn, er þeir töludu Heinrekr Keiſari oc Knutr Lavardr; þa mællti Hertuginn til Keiſarans: Herra! ſegir hann, ek hefi veitt ydr heim-ſokn i minni til-kvamu, at ſækia ad ydr heilrad fyrir frændſimis ſakir: vænti ek her ſæmdar, ſem þer erud, oc at þer munid meira meta vid mik frændſimi, enn vidrſkipti enna fyrri höfdingia; enn riki vart ſtendr miök til audnar; enn hugr minn fyſiz þo at hallda ſæmdinni, oc villda ek eigi lata þat valld, er fadir minn feck mer i henndr, ef ſva mætti verda; oc villdi ver þar til þiggia af ydr heil-rædi hverſu med ſkal fara, enn fiar-afli minn giöriz nu ecki mikill. Keiſarinn ſvaradi: Ek hefi ſpurt vinſæld ydra, oc at þer hafid hvers mannz lof, oc er en meſta naudſyn á, at þer faid riki ydru halldit oc ſæmd. Þat er ſidr, ſagdi Keiſarinn, her i Saxlandi, oc enn miök vida annarſtadar, at læſa hafnir fyrir landinu, oc taka þar tolla af, oc lata ongan leggia ſkip ſin i höfnina, nema leigu leggi eptir: nu kann vera, at þetta þicki helldr hart, þar er menn eru adr o-vanir þeim pyndingum; enn ſva mikinn fram-gang hefir ydur vinſæld adr fengit, at hon mun ecki vid þetta minkaz: þviat þat er rikra manna ſidr vida i löndum, at læſa hafnir fyrir landi ſinu, oc taka menn þar ſtor-fe eptir, enn þat er þo mikil gæzla rikiſſins vid o-fridi. Þar med ſkal ek oc ſtyrkia ydr nackvad i fiarhlutum, at þer halldit ſoma ydrum fyrir þa ſök. Hertuginn þackadi Keiſaranum vel tillög ſin: oc ſagdi vel til fallid i ſinu lanndi at læſa hafnir, oc kalladi þannveg hattad lanndinu, at þat var aud-vellt vida. Sidan for Hertuginn heim i riki ſitt med ſtor-mannligum fe-giöfum, oc morgum ſæmiligum hlutum, er hann hafdi þegid af Keiſaranum.

ab omnibus non minori cum ardore, qvam suam expeti, summaqve omnium observantia ipsum coli. Sed iniqvior tamen in eum Magni animus se prodidit. A morte Erici regis elapsis paucis annis Henricus Cæsar, avunculus Cnuti Lavardi, *in Saxonia fatis concessit, cui in imperio filius successit cognominis. Hoc ubi Cnutus* Lavardus *accepit, statuit consangvineum suum, ad imperatoris dignitatem evectum, invisere, splendidoqve comitatu instructus eo ivit. De cujus adventu certior factus Cæsar, opiparum convivium apparari, aliaqve solennia regiæ hospitalitatis signa exhiberi jussit; cunctis deniqve humanitatis & amoris officiis, secum aliqvantum temporis morantem prosecutus est.*

CAP. LXXXV.
De Cnuto Lavardo.

Accidit vero, in familiari hoc cum Cæsare convictu, ut causam adventus su Lavardus *exponeret, videlicet se jure propinqvitatis, qvæ ipsos intercedebat, fretum, venisse consilia ab eo petitum. Sperare autem, qvod consangvinitatis iste titulus non honori majori qvam præsidio futurus esset, neqve sibi qvicqvam paternæ simultates officerent. Opes suas indies invidorum artibus imminui. Certum interim esse, dignitatem ditionemqve sibi a parente traditam, pro virili tueri, neqve nisi cum sangvine amittere. In ejusmodi angustiis constitutum, imperatoris consilia atqe auxilia sibi imploranda, cum propriæ vires minime ad hæc sufficiant. Cui imperator, pervenisse ad aures suas, ait, famam studii ac benevolentiæ, qva apud omnes valeat, laudisqve & gloriæ, qva virtutes ipsius ubiqve celebrentur. Ad qvam una cum ditione sua conservandam hanc existimari sibi viam ineundam esse: Qvemadmodum in Saxonia aliisqve bene multis locis more receptum, portuum ostia atqve aditu- operibus clausos firmatosqve ita habere, ut nullo absqve portorio navis intromittatur, ita & ipsi licere, atqve si forte durius hoc qvibusdam videatur, qvi id genus vectigalibus nondum assveti sint, iniqvam tamen nemini exactionem reputandam esse, qvam princeps, tantæ æqvitatis, clementiæqve fama clarus, imposuerit. Præterqvam enim, qvod ex istiusmodi portoriis ingentes reditus colligantur, etiam ipsas provincias hisce munimentis tutas ab hostium incursionibus ac securas reddi. Præterea, se paratum esse, pecuniæ aliqvantum, qvo honorem suum tueri, facilius ipsi foret, suppeditare. Tam opportunum imperatoris consilium merita gratiarum actione dux proseqvitur: Ostenditqve portus suos non difficulter claudi posse, ac provinciæ suæ hanc esse conditionem, ut res nullo negotio possit effici. Atqve ita summo honore magnificisqve muneribus cumulatus, ab imperatore domum se confert.*

LXXXVI. CAP.

Læſtar hafnir.

I þenna tima var her-ſkátt miök i Danmörk, af heidingium, oc ödrum auſtrvegs mönnum, þeim er löngum lagu i hernadi a ſumrum, oc ræntu kaupmenn eda landzmenn. Ok er Knutr Lavardr hafdi litla ſtund heima verid i rikiſinu, þa aſladi hann ſmida, oc let giöra kaſtala tveim-megin Slesvikr, þar ſem mióſt er yfir ſundit, er utan gengr ad Heidaby: Sidan let hann giöra yfir ſunndit iarn-rekendr, en ſumt med vidum, ſva at læſa mætti ſundin; oc ſetti ſidan menn i kaſtölum, at gæta, oc lata þau ein ſkip þar inn leggia, er þeim likadi, oc höfdu þo toll af hveriu ſkipi, er þar lagdi inn. Knutr Hertugi ſat longum i Heidaby, oc var þar nu hirdr fyrir öllum ofridi, oc hedan af giördiz hans ſtyrkr mikill, bædi fyrir fiar-ſakir oc vinſældar for þetta, ſva ſem Heinrekr Keiſari ſagdi, at hans vinſæld hafdi ſva mikinn framgang tekid, at þeſſi hlutr matti ecki hneckia henni.

LXXXVII. CAP.

Fra Vidgauti.

Vidgautr het madr, hann var ættadr af Sam-landi. hann var heidinn madr i þann tima. hann var kaupmadr, oc ſtor-audigr, oc vel menntr um marga hluti. hann var iafnan vanr at ſigla kaupferdir i auſtr-veg. Þat var eitt ſumar, er hann ſigldi auſtan, oc ætladi þa heim ad hallda, at hann vard ſid-buinn, oc er hann kom auſtan ad Kurlandi, þa lagu Kurir þar fyrir honum a her-ſkipum, oc lögdu þegar ad honum, oc villdu drepa hann, enn taka fe hans til ſin: enn med þvi at hann var ein-ſkipa, enn þeir Kurir höfdu lid mikit, þa ſa hann engi afla ſinn i moti þeim, oc vill hann undan leita, oc ſigla heim til Samlandz; enn Kurir ſigldu þegar eptir honum, oc bægdu honum þegar fra lanndinu, ok villdu giarna hafa lif hans oc fe. hann ſa nu at tveir koſtir voru fyrir höndum, at hætta a fund þeirra hverr yrdi, eda ſigla a haf unndan, oc ſnua til Kriſtinna lannda, oc þotti honum hvargi godr: tok þat þo rad, at ſigla a haf, oc auſtan til Danmerkr. hann hafdi haft ſpurn til Knutz Lavardar, oc þat med, at allir hlutu gott af honum, er a hans fund komu. vænti hann ſer þar ſoma, ſem margir fengu adrir. þa rædr hann þat af, at hann ſigldi til Heidabæiar. Enn er hann

ſigldi

CAP. LXXXVI.
De portubus clausis.

Per illa tempora pagani, aliiqve orientales populi Daniæ oras habebant infestas, crebrisqve per æstates latrociniis non mercatores modo, sed & incolas vexabant. Itaqve Cnutus Lavardus *domum redux, convocatis architectis utramqve sinus Slesvicensis oram, eo in loco, ubi fretum prope urbem angustissimum, propugnacula exstruxit, ferreisqve ac partim ligneis vectibus commisit, qveis portus clauderetur. Eisdem præsidia militum imposuit, qui fretum custodirent, impedituri, ne qva navis temere elaberetur, neu nisi portorio soluto portum subiret. Slesvici ut plurimum dux Cnutus habitabat: tumqve ab inimicorum irruptionibus perqvam tutus, potentiaqve & opum incrementis qvotidie fiebat auctior. Cæsaris qvoqve consilium eventus comprobavit: Tam constantem enim Cnutus omnium gratiam retinebat, ut ne qvidem novi vectigalis insolentia qvicqvam ejus diminueret.*

CAP. LXXXVII.
De Vidgoto.

Erat per ista tempora Vidgotus qvidam ex Sembia oriundus, religione paganus, arte vero vitæqve instituto mercator, homo admodum opulentus multarumqve rerum usu atqve experientia celebris. Hic ad orientales Balthici maris oras navigare, negotiandi causa solitus, æstate qvadam jam adulta domum rediens, ad oram Curlandiæ, qva solem orientem spectat, in prædatorias incolarum naves incidit, qvi eum aggressi conantur vita & opibus spoliare. Ille vero temerarium ratus, classi integræ armatæ, unica navi resistere, unum salutis auxilium in fuga posuit. Itaqve domum in Sembiam recta accelerat, qvem piratæ Curlandi navigiis perseqventes, deflectere a directo cursu cogunt, ipsius vitæ opibusqve inhiantes. Iamqve in extremo periculo hæret anceps, congrediaturne cum hoste, an in altum velis datis, fatorum ductui se permittat, atqve adeo regiones Christiano cultu florentes petat. Neutra conditio arridebat, consultius tamen visum oceano se committere, & versus Daniæ orientale littus vela facere. Ad hoc maxime consilium adducebat fama, qvam de Cnuti Lavardi *mira in omnes clementia acceperat, qvi tam obvia erga qvoscunqve advenas begninitate celebrabatur ut neminem repulsum a se dimitteret. Hæc cogitans, & de secunda admissione non desperans, Slesvicum navigio contendit: Cum ad fretum perveniret*

figldi at fundunum, þeim er læſt voru, þa kallar hann a vard-mennina, þa er i kaſtölum vóru, oc ſagdi, at hann villdi leggia inn ſkipi ſinu i ſunndin: vard-madrinn ſpurdi, hverr ertu? ſagdi hann. hann ſvaradi, ek heiti Vidgautr. Vardmadrinn ſvaradi: ecki bydr Knutr Lavardr os at luka up hafnir fyrir þeim mönnum er ver vitum engi ſkyn a. Vidgautr ſvaradi, þat villda ek, godir menn! ſagdi hann, at þer letid up höfnina; þviat ek vil hann finna. ſkal ek oc fyrir ydr ſvara, ef Hertuginn vill ydr nackvad um þetta kunna: Vard-madrinn ſvaradi, vel er til mællt, ſagdi hann: Sidan luku þeir upp ſundin, oc lögdu þeir Vidgautr inn ſkipi ſinu, oc foru ſidan a fund Knutz. Hertuginn ſpurdi hverir þeir væri. Vid-gautr nefndi ſik, oc ſagdi at þeir voru af Samlandi. Knutr ſvaradi: heyrt hefi ek þín getid, oc er mer ſagt at þer munud vera heidnir menn. Vidgautr ſvaradi: viſt erum ver heidnir. Hertuginn ſvaradi; tveir eru koſtir til: at þer takit vid Kriſtni, oc latid ſkiraz, oc ſkolu þer þa allir vera her vel komnir; eda hætta til ella hvad fyrir liggr. Vidgautr ſvaradi: Mun eigi einſætt, herra! ſagdi hann, at kioſa enn betra hlut ſer til hannda, ef þeſſ er koſtr: vil ek giarna taka vid tru, oc þiggia ſidan ſoma af ydr. Sidan voru þeir ſkirdir, oc voru med Knuti Lavardi um vetrin i godu yfirlæti. Vidgautr var löngum a tali vid Hertugann, oc virdiz Hertuganum vel tal hans. kunni hann fra mörgu at ſegia; þviat hann var vitr madr, oc hafdi vida farid. Hertuginn ſpurdi hann margs or auſtrvegi, oc kunni Vidgautr honum þadan margt at ſegia, þat er hann villdi forvitnaz.

LXXXIIX. CAP.

Kvan-fang Knutz Lavardar.

I þenna tima var Konungr auſtr i Holmgardi Haralldr, ſon Valldhamars Konungs Jarizleifs ſonar, Valldimarsſonar, foſtra Olafs Konungs Tryggvaſonar. Modir Harallds Konungs var Gyda, dottir Harallds Engla Konungs Gudina ſonar. Haralldr Konungr atti Kriſtinu, dottur Inga Svia Konungs Steinkels ſonar, ſyſtur Margretar Drotningar, er þa atti Nikulas Dana Konungr. Dættr Harallds Konungs i Holmgardi oc Kriſtinar, voru þær, Malmfrid, er atti Sigurdr Jorſala fari, Noregs Konungr, oc Engilborg. Enn er Vidgautr hafdi verid (*) um vetr med Knuti Lavardi, i micklum kærleikum; þa beiddi Hertuginn hann, at hann mundi fara ſendi-för hans auſtr i Holmgard, at bidia Engilborgar dottur Harallds Konungs til hannda honum. Vidgautr ſvaradi: Herra! ſagdi hann: Einn hlutr er ſa, ſagdi hann, er ek em tilfærr ydart örendi at flytia, at ſe ſkortir mik eigi; enn þo at ek ſe fyrir margra hluta ſakir vanfærr til at flytia slik vandamal,

(*) *al.* einn.

jam operibus munimentorum clausum, præsidiariis innuit, velle se navem, modo pateat portus, subducere, interrogatusqve de nomine, se Vidgotum appellari, ait. Cui custos respondet, sibi a duce mandatum, ne cui ignoto portum recludant. Vidgotus rogare, instare, ut aperiant; ipsummet ducem se conventum velle, a qvo si eo nomine reprehenderentur, eis veniam impetraturum sese, recipit. Huic pollicitationi acqviescens custos, portu recluso, Vidgoto cum suis transitum permittit, isqve protinus Cnuto se sistit. Interrogatus qvis esset, nomen profitetur, patriamqve Sembiam indicat. Respondet Cnutus, nomen ipsius sibi qvidem non ignotum esse, neqve latere Sembos idolorum cultui esse deditos. Vidgotus non negare, paganum se cum suis esse. Cui tum dux: duas vobis, inqvit, conditiones proponam, ut vel Christo nomen dicatis, sacriqve fontis ablutione ipsius mysteriis initiemini, qvo pacto qvæcumqve vobis hospitalitatis jura concedentur, vel si id facere recusaveritis, fato vestro relicti, alia omnia exspectetis. Ad qvæ Vidgotus, in hac optione sibi aqvam neutiqvam hærere, ait, qvin sacramento Christi actutum accedant, eademqve opera apud Deum atqve ipsum gratiam ineant. Itaqve sacrætlotionis ritu lustrati, istam hyemem in aula ducis transigunt, omnibusqve hospitalitatis officiis foventur. Vidgotum crebro ad familiare colloqvium dux adhibebat, ejusqve sermones magni faciebat, ob raram, qva pollebat, experientiam, rerumqve usum, nec non plurimarum regionum, qvas perlustrarat, notitiam. Inprimis autem de rebus, qvas in oriente viderat, disserentem, multa cum delectatione audivit.

CAP. LXXXIIX.
De matrimonio Cnuti Lavardi.

Holmgardiæ regiam potestatem tunc temporis habebat Haraldus filius Valdemari regis (cui pater Jarislaus, avusqve Valdemarus ille, qvi Olavum regem Tryggonidem educarat.) Matrem Haraldus habuerat Gydam, natam Haraldo Gudini filio, rege Angliæ. Duxerat vero Haraldus (Holmgardiæ rex) Christinam, Ingonis Stenkillidæ, Svecorum regis, filiam, sororem Margaretæ reginæ, qvam tum in matrimonio habebat Nicolaus rex Danorum. Christina modo dicta Haraldo pepererat binam prolem foemineam, Malmfridam, qvæ nupserat Sigurdo Hierosolymitano regi Norvagorum, atqve Engilborgam. Cum autem Vidgotus apud Cnutum Lavardum hyemem in summis deliciis transegisset, a Duce rogatur, ut legationem ad regem Holmgardiæ pro se obeat, cum mandato, filiam ipsius Engilborgam sibi in uxorem petendi. Cui Vidgotus respondet, se, etiamsi nulla re alia ad tam arduum negotium, qvam pecunia instructum, prompte tamen jussis ipsius obtemperatu-

mal, þa verd ek þo skylldr til at giöra ydarn vilia, um allt þat sem þer vilid mik til nyta. Hertuginn þackar honum, oc letz þvi þetta mal hafa vid hann talad, at honum þotti hann bezt til fallinn, þeirra manna er i hans valdi voru, bædi fyrir sakir vitrleiks oc snilldar; letz honum bezt treystaz at flytia þetta mal. Sidan var buin ferd hans, ok adr Vidgautr færi i brott, mællti hann til Hertugans: Herra: sagdi hann: þer hafid giort til var i vetr mikinn soma, oc veitt oss stormannliga, enn launin munu verda minni af minni henndi enn vert væri: þer skolud þiggia af mer. xl. serkia grarra skinna. (en. v. timbr eru i serk, enn. (*) xl. skinna i timbr.) Hertuginn þackadi honum giöfina, oc kalladiz eigi betri giöf þegid hafa. Enn er Vidgautr var buinn, þa siglir hann i brott med sitt foru-neyti, oc er ecki sagt fra hans ferdum, fyrr en hann kom austr i Holmgard, a fund Harallds Konungs, oc heimti hann sik bratt fram i fe-giosum vid Konunginn. Haralldr Konungr tok honum sæmiliga; þviat Vidgautr var frægr madr, oc diarfr i mali, oc kunni margar tungur, oc þyrfti ecki tulk fyrir ser. Hann bar fram örendi sin fyrir Konungin, oc flutti þat kænliga, oc sagdi sva fra Knuti Lavardi; at allir munu einnveg fra honum segia, at engi er hans jafningi i Danmörk, oc micklu vidara, oc hans ætt er en a-gætazta, sem ydr er þat i afn-kunnigt: oc er aud-sær öllum ydr somi i þessarri radagiord. Konungrinn svaradi: mikit fullting veitir þu honum i þinum ordum, oc mun her skiott falla lykt a þetta mal, ef þin rad eru höfd. Ja, Herra! sagdi hann; I öngan stad skal ydr reynaz o-framarr, enn ek hefi ydr frasagt, þat er hann tekr hennda; þviat þat er al-kunna, at Knutr Lavardr er fyrir-madr allra þeirra manna er nu vaxa up a nordr-löndum. Konungrinn svaradi: Med þvi at ver vitum þik sannordan mann, oc þu ert oss at godu einu kudr; höfu ver oc adr nockvod heyrt getid Knutz Lavardar, þa skolu ver þessu mali vel svara: enn riki þicki mer hann hafa litid til forrædis, þott hann hafi einn Hertugadom i Danmörku. Vid-gautr svaradi, þat hefir hann þar i mot, herra! er micklu er agætara. hvat er þat? sagdi Konungr. Vidgautr svaradi: Mann-kosti skal hann hafa umfram flesta adra, oc er þat meira vert enn mikid fe eda riki. Sidan atti Konungr tal vid dottur sina Engilborg, oc vid annad raduneyti sitt, tiadi þetta mal fyrir þeim. Allir fystu þessa rads, oc þotti þetta vel efnad; oc var þat rad giört med

(*) *rectius* 50. *ut habet charta*, A. M.

rum, cui tot nominibus devinctus sit. Hoc Vidgoti studium dux oppido sibi gratum significans, eum se omnibus aliis prætulisse ait, qvod prudentia non minus qvam morum elegantia excelleret, ideoqve se illius dexteritati hac in re plurimum confidere, optatumqve successum sperare. Itaqve omni festinatione Vidgotus ad iter instruitur: qvod anteqvam ingreditur, pro hospitii honore ac lautiis, qvæ tota ista hyeme magnifica a duce perceperat, gratum animum monstraturus, qvamvis neutiqvam se tot tantisqve beneficiis parem agnosceret, qvadraginta sercos pellium pretiosarum, coloris cineratei, muneri offert. (Singula autem serca qvinqve timbris constant; timbro uno qvinqvaginta pelles continente.) Istud munus dux gratum acceptumqve habens, fatetur se nunqvam magnificentius accepisse. Vidgotus, cunctis ad iter paratis, cum comitibus navem conscendit, & Holmgardiam versus vela facit. De navigationis successu nihil ulterius memoratur. Hoc saltem traditur, Vidgotum cum in orientem ad Haraldum regem venisset, sibi aditum ad amicitiam ejus donis haud exiguis comparasse. Itaqve ab Haraldo benigne excipitur. Neqve enim obscurum erat nomen Vidgoti, viri cum insigni facundia, tum multarum lingvarum notitia, ita ut nullo interprete indigeret, percelebris. Ille vero haud cunctatus, qvid sibi in mandatis datum sit, diserte prudenterqve regi exponit: inter alia memorans, Cnutum Lavardum *ea apud omnes fama nobilitatum, ut in tota Dania aliisqve compluribus terris æqvalem haud facile agnoscat; præterea genere clarissimo, qvod nec ipsis obscurum sit, ortus: adeoqve si negotium successerit, non parum inde honoris ipsis accessurum esse. Ad qvæ rex: „Tua qvidem, Vidgote, eloqventia „ tantum rei promovendæ momentum addit, ut hac auctoritate non possit non „ optatum ocissimumqve eventum conseqvi. Recte qvidem, ait Vidgotus: ni„ hilo enim deteriorem hoc ipso conditionem experieris, qvam vobis jam ex„ posui: cum manifestum omnibus sit, Cnutum* Lavardum *cunctis, qvos un„ qvam septentrionalis plaga tulit, inqve patriæ suæ honorem adolescere vi„ dit, præstare„. Rex demum his verbis respondet: „Qvoniam veracem te „ novimus, nec de aliqvo eorum, qvæ dixisti, ullus dubitandi locus est, in„ tegritate tua & virtute jam tum satis perspecta: cumqve præterea de „ Cnuto* Lavardo *non obscura ad nos fama pervenit, lubenter ad conditio„ nem accedemus. Unum saltem habere nos solicitos posset, nempe, qvod „ non satis amplæ ditioni præesse Cnutus videatur; si qvidem unum tantum „ ducatum in Dania possideat.„ Cui Vidgotus, ita qvidem se rem habere ait, at loco amplioris ditionis talia Cnuto adesse, qvæ momenti longe amplioris habeantur, virtutes scilicet summo principe dignas, qveis plerosqve omnes anteiret, qvæqve regno qvantumvis extenso summisqve opibus præstarent. Hisce utrinqve dictis, rex cum filia Engilborga, consiliariisqve suis ea de re deliberat. Svadent omnes, petito rex ut annuat, de qvo optima ple-*

 risqve

med famþycki Engilborgar Konungs dottur, at hana fkylldi gipta Knuti Lavardi. Oc for Vidgautr til Danmerkr med þeffum örendum, oc fann Knut Lavard, oc fagdi honum fra finum ferdum. Hertuginn þackadi honum fitt ftarf. Eptir þetta efnadi Knutr Lavardr til brudlaups fins, enn Haralldr fendi Engilborg dottur fina auftan or Holmgardi, at nefndri ftundu, med fridu föru-neyti; enn er hon kom til Danmerkr tok hertuginn vel vid henni, oc þar med öll al-þyda. Sidan giordi hann brud-laup fitt med micklum foma. Þau attu nockur börn, þau er enn munu fidarr nefnd vera.

LXXXIX. CAP.

Magnus fon Nikulas Konungs vox up i hird födur fins, oc var hann allra manna meftr i allri Danmörk, oc vel vinfæll; enn þo var Knutr Lavardr allra vinfælaztr oc bezt þockadr af alþydu, þo at þeir Nikulas Konungr, oc Magnus fon hans, hefdi riki meira: ok þat fama volldi þvi, er nockur fæd var i milli þeirra, at þeim fedgum ox öfund a vinfældum hans, oc þotti þeim hans vinir höllzti margir. Magnus Nikulas fon feck Rikizu, dottur Burizlafs Vinda Konungs. Þeirra fynir voru þeir Knutr oc Nichulas. Magnus hafdi iafnan med fer mickla fveit manna: var hann löngum innan hirdar med Nikulafi Konungi, fedr finum, enn ftundum var i finum ftad hvarr þeirra. hann var fterkr madr, oc bradgiörr i öllu. hann var kalladr Magnus Sterki.

XC. CAP.

Fra Knuti Lavard.

Knutr Lavardr bio ferd fina or lanndi i annad finn, oc for enn a fund Heinreks Keifara, frænda fins: oc er Keifarinn fpurdi til ferda hans, þa let hann bua fyrir honum veizlu virduliga, oc fagnadi honum vel. Keifarinn mællti eitt finn til Hertugans: Gledr mik þat, frændi, fagdi hann, er allir fyngva ydr eitt lof, þviat þik lofa allir þeir er nockvod fkynia, oc þins nafns heyra getid, fva at engi madr er iafn-vinfæll fem þu. Hertuginn fvarar: gæfu beru ver til þeff, herra! fagdi hann, er þer hafid os up hafid med ydrum ftyrk oc radum. Þa let Hertuginn fram-bera gra-vöruna, þa er Vidgautr hafdi gefid honum, oc mællti til Keifarans: þenna varning vil ek at þer þiggid af mer, herra! þo at fmærri minningar fe giörvar, enn vera ætti. Keifarinn fá þeffa giöf, oc þackadi honum, oc mællti:

þegid

risqve spes esset. Hocqve ipsum prudens sciensqve ratum habuit Engilborga, summaqve omnium voluntate Cnuto Lavardo *pacta solenniter fuit. Qvibus ex sententia confectis, Vidgotus in Daniam revertitur, & Cnuto legationis bene obitæ rationem reddit. Dux ei pro tanto officio summopere se obstrictum fassus, jubet, qvæ ad nuptiarum solennia reqvirebantur parari. Atqve Haraldus tempore præstituto Engilborgam filiam, cum ornatissimo comitatu, Holmgardia in Daniam misit. Qvo cum venisset, a duce omniqve populo, non sine summa publicæ lætitiæ demonstratione excepta fuit. Secutum inde nuptiale festum, splendide ac decore celebratum. Ex hoc conjugio liberi aliqvot progeniti, qvorum infra mentionem injiciemus.*

CAP. LXXXIX.

Nicolai regis filius Magnus in aula paterna adolevit: hic omnes totius Daniæ juvenes corporis præstantia antecellens, multitudini haud parum fuit gratiosus. Attamen Cnutus Lavardus *præ ceteris omnibus amabatur, populoqve in deliciis erat; qvamvis multo latius Nicolaus cum filio suo Magno regnarent. Qvod discrimen etiam causa fuit odii simultatisqve, qvæ inter eos gliscere animadvertebatur, cum popularis favor, qvo eminebat Cnutus, admodum ingratus Nicolao Magnoqve accideret, haud parum invidentibus, amicorum illum numero prævalere. Uxorem Magnus Richizam duxerat, filiam Burizlai regis Vandalorum, ex qva Cnutum & Nicolaum filios suscepit. Idem numerosa semper armatorum manu cinctus incedebat, ac in aula parentis sui Nicolai regis ut plurimum vixit; interdum etiam separatam domum incoluit. Erat deniqve Magnus fortis manu, robustus corpore, ingenioqve supra ætatem maturo. Unde cognomen ipsi inditum fuit* Robusti.

CAP. XC.
De Cnuto Lavardo.

Haud multo post Cnutus Lavardus *alteram ad Henricum Cæsarem cognatum suum profectionem instituit. Cæsarqve adventu ejus intellecto, omnia apparari jussit ad tantum hospitem digne manificeqve excipiendum. Cum vero adfuisset, incidit aliqvando Cæsari, his Cnutum alloqvi: Gaudeo, „ cognate, qvod intelligam constanter publicoqve omnium concentu laudes „ tuas celebrari, eoqve magis, qvod a viris laude dignis cordatisqve id fi„ at, qvorum favorem nemo ullus videtur tantum, atqve tu, collegisse. Cui singulari cum modestia dux respondit, hoc maximam partem se acceptum referre auxilio consiliisqve salutaribus, qvibus tam opportune Cæsar sibi succurrisset, gratumqve animum testaturus, pelles pretiosas, qvas a Vidgoto dono acceperat, Cæsari obtulit, rogans, ut animum suum non pretio muneris, qvod longe infra ipsius merita esset, sed donantis voluntate metiretur. Cæsar,*

þegid hefi ek ſtorar giafir, ſagdi hann, enn fár þær, at mer hafi betri þott. Hertuginn dvaldiz med Keiſaranum um hrid, i godu yfirlæti, oc micklum kærleikum. Og er Hertuginn bioz til heim-ferdar, þa gaf Keiſarinn honum margar giorſimar, oc ſagdi at hann ſkylldi eigi fe ſkorta, medan þeir lifa badir; enn þær giafir, er þer færdut mer, ſkal ek launa einar ſaman: þer ſkolud þiggia af mer klædi, er eigi er viſt at önnur ſe ſlik i ydru landi, eda vidara, ok þeſſ vænti ek, ef þer eigid klædin, at þar fylgi hamingia ydur, oc gipta rikis ydar eptir: vil ek þeſſ bidia ydr, frændi, ſegir hann, at þu logir eigi klædunum, enn um þat em ek hræddr, ef þer logid, at þa ſe ſkömm unads bot at ydarri ſæmd. Þetta voru tignar klædi Keiſarans, oc voru þau öll gull-ſaumud, oc enar meſtu giorſimar. Hertuginn þackadi honum giafirnar, oc allan þann ſoma, er hann hafdi til hans giorvan. Sidan for Hertuginn heim i riki ſitt, oc þotti iafnan enn meſti agætis madr. Litlu ſidarr andadiz Keiſarinn, oc ſegia menn, at ſu nattura fylgdi tignar klædunum, þeim er Keiſarinn gaf Knuti Lavard frænda ſinum, at fleſtir yrdi ſkam-lifir þadan fra, er klædunum hefdi logad. Sidan tok Keiſaradom Liodgeirr, Saxneſkr Hertugi. hann var ſidan kalladr Lotarius.

XCI. CAP.

Fra Knuti Lavard.

Knutrr Lavardr var ſva vinſæll, ſem fyrr var ſagt, at allir enir beztu menn i Danmörk voru hans vinir, eigi minni enn Nikulaſſ Konungs eda Magnus ſonar hans; enn þat var, ſem fyrr var ſagt, at þeir fedgar kunnu þvi ſva illa, fyrir öfundarſakir, at fyrir þat ſama lögdu þeir o-þekt til Hertugans, oc margra hans vina: Ok er Knutr Lavardr fann þetta, leitadi hann ſer rads, oc þottiz vandliga ſaklaus vid þa fedga. Þat var eitt ſinn, at þeir Nikulas Konungr, oc Magnus ſon hans, voru ſudr a Jotlandi, at Knutr Lavardr for a fund þeirra med nockura menn, oc er þeir funduz, fögnudu þeir vel Hertuganum. Knutr mællti þa: þat er örendi mitt hingat, at ek vil bioda yckr fedgum til veizlu; vilda ek at ver ættim marga goda hluti ſaman, ſem oſſ ſomir fyrir frændſimi ſakir, oc latum eigi rogs menn ſpilla frændſimi varri fyrir önga tilgiörninga. Þeir ſvörudu, oc ſögduz þat giarna vilia, oc ſögdu önga hluti i milli þeirra vera, þa er eigi mætti þeirra frændſimi vel fara. Sidan reid Knutr Lavardr heim til Heida bæiar, oc let þar bua veizlu i moti Nikulaſi Kon-

conſpecto munere, gratias egit, faſſus ſe plurima qvidem alias dona ſatis magnifica, pauca vero, qvæ pluris æſtimaret, accepiſſe. Hinc nonnullo tempore apud Cæſarem, cum ſumma animi jucunditate interqve mutua amicitiæ documemta, transacto, dux domum reditioni ſe accinxit, multis a Cæſare honorariis ornatus, promiſſo inſuper ſubſidio, qvoties ejus indigeret, pecuniario, qvoad vita utriqve ſuppeteret. Ceterum donorum, qvæ Cnutus obtulerat, Cæſar ſeorſum compenſationem repræſentavit, his verbis uſus: „Ve-„ſtes a me accipies, qvibus ſimiles inveniri neqve in Dania neqve in aliis „regnis crediderim. Atqve hoc ſpero, qvamdiu veſtimenta hæc retinueris, „ſecundam tibi fortunam, regnoqve tuo adſuturam. Obſecro igitur, co-„gnate, ut diligenter ſerves; ſi enim hoc neglexeris, aut has veſtes abalie-„naveris, timeo, brevi futurum eſſe, ut bonore & voluptate, qvam ex tua „vita percipimus, privemur„. Erant autem hæ veſtes imperatoriæ ipſæ illæ, qvibus Cæſar in ſolemnibus feſtis utebatur, ornatiſſimæ ſumptuoſiſſimæqve; undiqve magnifico opere pictæ auroqve illitæ. Tam ſplendida ergo munera dux ea qva par erat grati animi ſignificatione recipiens, ſummisqve a Cæſare affectus honoribus, regnum ſuum repetiit, cujus diſceſſum brevi inſecutus eſt imperatoris obitus. Neqve deerant, qvi repentinum fatum adſcriberent veſtium, qvas diximus, pretioſarum alienationi: qvippe hoc fieri creditum, ut, qvi ejusmodi res aliis donarint, haud diu ſuperſtites evadant. Henrico in imperio ſucceſſit Liodgerus Saxoniæ dux, poſtmodum Lotharius nominatus.

XCI. CAP.
De Cnuto Lavardo.

T*antum, uti ſupra memoratum, Cnuti* Lavardi *gratia atqve auctoritas valebat, ut omnes Daniæ optimates amicitiam ipſius non minoribus ſtudiis, qvam vel Nicolai regis vel filii ipſius Magni amicitiam expeterent. Hoc ipſum vero etiam tantam ei invidiam apud regem ejusqve filium conflavit, ut in apertum odium tandem erumperet, qvo ducem amicosqve ejus proſeqvebantur. Id ſimulac* Lavardo *exploratum, varia ea de re conſilia animo agitavit, cum ſe omnis prorſus culpæ expertem noſſet. Iſti curæ intentus, cum audiret Nicolaum regem una cum Magno filio in auſtralem Jutiam iviſſe, aliqvot aulicis comitatus illuc ſe contulit, atqve in ſpeciem humaniſſime excipitur. Adventus ſui cauſam exponit, nimirum ut ad convivium eos invitaret; optare enim, ut, qvemadmodum decet conſangvineos, ſincera ac ſine dolo inter ipſos amicitia ſtabiliatur, tamqve firmiter coaleſcat, ut ne peſtiferis malevolorum calumniis unqvam diſſolvatur. Ad qvæ rex regiusqve princeps nihil ſe habere teſtantur antiqvius tam optata animorum conjunctione, ſiqvidem nihil interceſſerit, qvod eandem impedire qveat vel evertere. Igi-*

 tur

Konungi oc Magnuſi ſyni hans; enn þeir komu til veizlunnar at a-kvedinni ſtundu, oc var þar a-gæt veizla. Oc er ſa dagr kom er, þeir ſkylldu i brott rida, þa þackadi Hertuginn Nikulaſi Konungi þann ſoma, er þeir höfdu honum giörvan i þangad-kvamu ſinni, oc gaf Konunginum marga agæta gripi. Sidan geck hann til Magnus, oc mællti: Magnus frændi, ſagdi hann: her eru klædi þau er Heinrekr Keiſari, frændi minn, gaf mer, enn nu vil ek gefa ydr klædin til vinattu ok heillar frændſimi: oc vil ek þvi gefa þer ena beztu gripi, er ek a til, at þer ſamir vel at bera, enda ann ek þer vel at niota; þviat þu munt mer þat godu launa. Magnus for þegar i klædin, oc mælltu allir er hann ſa, at eigi mundi finnaz honum vænni madr eda tiguligri, oc ſögdu, ſem ſatt var, at þar var ſtor-ſæmda fyrir vert. Nikulaſſ Konungr, oc Magnus ſon hans, þöckudu Hertuganum þa hluti, er hann hafdi ſæmiliga til þeirra giört i heimbodi, oc i ſtor-mannligum giöfum; ok adr en þeir ſkildu, budu þeir honum til ſin um vetrin, til Jola veizlu. hann tok þvi þackſamliga: ſkildu þeir frændr þa med enum meſta kærleik.

CXII. CAP.

Fall Knutz.

Þenna vetr ſkylldi Nikolas Konungr taka Jolaveizlu a Hringſtödum, nordr i Siolanndi; oc til þeſſar veizlu kom Knutr Lavardr, eptir þvi ſem ætlad var, vid nockura menn, oc var hann med Nikulaſi Konungi um jolin, oc var þar agætlig veizla, oc voru þar micklir kærleikar med þeim Nikulaſi Konungi oc Magnuſi ſyni hans, oc Knuti Lavard frænda þeirra. Enn er ſa dagr kom er veizluna ſkylldi eyda, þa ſegir Herrtuginn, at hann vill þa buaz til ferdar. Þenna dag var veizlan allra a-köuſzt, oc voru menn hertugans miök druknir. Þa mællti Magnus til Hertugans: herra! ſagdi hann, þo at ydr verdi ſmærri giafir veittar enn vert væri, þa vil ek þo minnaz ydar: ekvil gefa ydr riddara. xl. med öllum bunadi ſinum, (enn þat er ſagt, at einn riddara koſtar viij. merkr gullz ſinn bunad.) Hertuginn þackar Magnuſi giöfina, oc ſegir at þeſſi giöf var bædi god oc ſtor-mannlig. Nu leid a daginn, oc kom eigi riddara lidid, þat er Magnus ſkylldi gefa Hertuganum, þviat eigi var alla i einum ſtad up at taka. þa mællti Hertuginn, Magnus frændi! ſagdi hann, nu munu ver rida fyrir, oc bida lidſins þar ſem ydr þickir fallid. Magnus ſvaradi: giörum ſva, ſagdi hann, oc ſkal ek rida a leid med ydr frændi, oc ſkiliaz eigi fyrri vid ydr, enn þat er efnad, er ek hefi

heitid

tur tam ſpecioſis promiſſis acqvieſcens Cnutus illico rediit; opiparumqve convivium regi ejusqve filio inſtruxit: qvi & dicto die adfuerunt. Hoc confecto, diſceſſum parantibus, regi inprimis, de honore, qvo ſe affecerat adventu ſuo, gratias egit, oblatis ſimul ingentis pretii muneribus. Magnum autem ornatu pretioſiſſimarum veſtium, qvas a cognato ſuo Cæſare Henrico acceperat, donavit, affirmatqve ſe ad neceſſitudinem, qvam alioqvin ſangvinis propinqvitas indiſſolubilem redderet; mutuamqve benevolentiam firmandam, hoc ſeſe offerre, qvod ſibi longe omnium cariſſimum eſſet; rogat deniqve, ut boni conſulat donum, cetera neqve ipſo indignum neqve inelegans, eodemqve animo, qvo collatum fuerat, nimirum omnis invidiæ experte, accipiat. Qvo cunctis ille adeo magnifice apparuit ſplendideqve amictus, ut nemo, qvod ad veſtium cultum inſuper deſiderari poſſet, inveniret; fatentibus cunctis, ducem iſto munere ingentem gratiam promeruiſſe. Nicolaus autem rex ejusqve filius tam largiter donati, tamqve opipare ac ſumptuoſe habiti, peractis rite gratiis ducem ad convivium, qvod brumali tempore per ſolemnia natalis Servatoris celebrari conſvevit, invitarunt. Hanc vocationem is ſibi acceptiſſimam eſſe faſſus, a rege ipſiusqve filio magna comitate dimittitur.

CAP. CXII.
De Cæde Cnuti.

Adulta jam hyeme, rex Nicolaus conſtituit natalitiorum Chriſti ſolennia Ringſtadii in Sælandia celebrare. Ad hæc Cnutus itidem vocatus eſt, qvi &, prouti conventum fuerat, adfuit, aliqvot viris comitatus, totumqve natalitiorum tempus apud regem ejusqve filium inter epularum gaudia, nec ſine magna amicitiæ ſpecie peregit. Cumqve convivio peracto, dies diſcedendi inſtaret, dux ad reditum ſe parare. Atqve eo die largius genio indulgebatur, usqve adeo ut ducis comites, ubi eſſent, præ poculis amplius vix ſcirent. Tum vero Lavardum *Magnus alloqvitur, munificentiam ejus laudans, qvamſi non paribus rependere donis poſſet, tamen immemorem nolle ſe, ait, beneficiorum videri, adeoqve jam qvadraginta attuliſſe eqvites, integra armatura & ornatu inſtructos, hoc fini ut dono ipſi offerrentur. Ornatus autem ſingulorum eqvitum octonis auri marcis æſtimabatur. Hoc donum dux amplum auguſtumqve eſſe faſſus, ea qva decebat, gratiarum actione recepit. Effluxerat jam maxima diei pars, eqvitibus necdum comparentibus, qvos Magnus duci dono obtulerat, qvippe qvi haud in unum locum conveniſſent. Dux moræ impatiens, rogat Magnum, annon ſatius ipſi videretur, ut priores ſe in viam darent, turmamqve eqvitum, qvo in loco ipſi maxime commodum foret, exſpectarent. Annuit Magnus, itinerisqve comitem ſe ipſi futurum ſpondet, neqve ab eo digreſſurum, donec promiſſum præſtitiſſet. Qva de re dux nul-*

 lum

heitid ydr. ja, herra! ſagdi Hertuginn, allt mun þat ſva efnaz ſem þer hafid til ſkipat, enn jafnan þickir oſſ ſæmd at ydru foruneyti. Sidan mynntiz Knutr Lavardr vid Nikulas Konung frænda ſinn, oc adra menn, þa er honum ſyndiz. Eptir þat ſtiga þeir a heſta ſina, oc rida i brott. þeir ridu um ſkog nockurn, oc komu i riodr eitt: Þa bad Magnus þa ſtiga af baki, oc bida riddaranna, oc letz vænta at þeir mundi ſkamma ſtund þurfa. þeir giördu nu ſva, at menn ſtigu af heſtunum, oc ſettuz nidr i riodrinu, oc ſofnudu þegar margir, er af baki voru farnir; þviat þeir höfdu druckid faſt um daginn. Knutr Lavardr ſat a lág einni, enn Magnus frændi hans hia honum, oc var hann Magnus i blarri kapu. Sidan ſa þeir hvar madr hliop fram or ſkoginum, þar ſem þeir voru; oc er hann kom i riodrid, þar er þeir ſatu, ſteypti hann af ſer kapunni er hann var i, oc reif af ermina adra. hann mællti ecki vid þa; hliop ſidan aptr i ſkoginn. Hertuginn ſpurdi: Magnus frændi, ſagdi hann, hvad ætlar þu ſlikt vera? ſva er ſem þetta ſe vis-bending nockur. Ek veit eigi, herra, ſagdi Magnus: litid mark ætla ek ad ſliku, eda hyggr þu at her bui nackvad annad unndir? Hertuginn ſvaradi: þat grunar mik, at þetta muni ſkolu vera nioſn nockur, þeim er nær oſſ eru, oc mun lid vera komid ad oſſ i ſkoginum. Ecki mun þat vera, frændi, ſegir Magnus; þviat þu ert ſva vinſæll madr, at engi vill ydr grand giöra. Þa tok hertuginn hendi ſinni a öxl Magnuſi, oc ſpurdi: hvi leiddir þu mik ſva a götu frændi, ſagdi hann, at þu vart i bryniu? Magnus ſvaradi: þviat ek em eigi iafn-vin-ſæll ſem þer erud, frændi. I þenna tima, er þeir toluduz vid, kvadu vid ludrar i ſkoginum alla vega braut fra þeim; oc þvi næſt driſu menn at þeim or mörkinni: Fyrir þeſſu lidi red ſa madr er het Heinrekr Hallti. hann var ſon Sveins Sveins ſonar Konungs Ulfsſonar, manni firnari enn brædrungr Knutz Lavardar: enn þetta voru þo rad þeirra fedga, Nikulaſſ Konungs oc Magnus ſonar hans. Oc er Hertuginn ſa at lidit þuſti fram or ſkoginum ad þeim, oc hann ſa at þetta voru ofridar menn, þa mællti hann, hvad er nu Magnus frændi? ſagdi hann, rædr þu nakcvad fyrir fiöl-menni þeſſu? Magnus ſnaradiz vid honum, oc mællti: Ongu ſkiptir þik hverr fyrir rædr. at fullu ſkal þer nu vinna. Snoriz hann þa i lid med Heinreki Hallta. Hertuginn mællti: Gud fyrirgefi þer frændi, ſagdi hann, ef nackvad er of-giort i þeſſu, oc fyrir-gefa vil ek þer. Þeir Magnus oc Heinrekr Hallti veittu þeim Knuti Lavardi atgaungu harda, enn þeir Hertuginn ſnoruz til varnar i moti. Þar tokz hörd orroſta, oc var miök o-jafnlig, þviat margir voru þar um einn; voru þeir oc ecki vid bunir, þviat þeir viſſu ſer enſkis otta

vanir

id. q. muni-eiga at vera. cfr. pag 201.

lum sibi ait dubitandi locum esse, ipsiusqve comitatum summo honori ductu- rum. Tum Nicolao rege nonnullisqve ex honoratioribus aulicis, osculo salutatis, Lavardus, *eqvo conscenso, cum suis pergit. Erat ipsis iter per sylvam qvandam; cumqve in locum, arboribus forte ibi succisis nudatum, pervenissent, auctor fuit Magnus, ut eqvis descenderent, atqve eqvitum illam turmam opperirentur, neqve enim nisi exiguum moræ ad hoc reqviri. Descenditur itaqve; in cespite considetur: Super qvem projectos, plurimos somnus oppressit, cum eodem die bene poti viæ sese commiserant. In humiliore loco sedit Cnutus, cui Magnus, ejus consangvineus, cæruleam togam indutus, proximus assidebat. Tum ipsis vir apparet, e densiore silva procurrens in locum, qvem occupabant: qvi simul illuc pervenerat, togæ, qva amictus erat, depositæ, alteram manicarum abscidit, atqve, ne minimo qvidem ad ipsos prolato verbo, silvam festino cursu repetiit. Dux insolito rei spectaculo commotus, assidentem sciscitatur consangvineum, ecqvid hoc existimet portendere? signum qvippe sibi videri certæ rei futuræ datum. Cui cum Magnus, id qvidem sibi minus liqvere asseveraret, nulliusqve momenti rem esse dictitans, ducem interrogaret, num ipse qvid periculi subesse opinaretur, respondit dux arbitrari sese, signum id qvibusdam, qvi propius abessent, datum fuisse ex compacto, fieri enim posse, ut copiæ silva opertæ ipsis insidias molirentur: Hunc vero inanem esse timorem Magnus ait, ducemqve otioso esse animo jubet, utpote qvi de omnium in se favore adeo certus sit, ut a nemine fraudem insidiasqve sibi qveat extimescere. Tum dux, humerum Magni attrectans, qværit, qvid lorica indutus amicus & cognatus comitatum ipsi præbuerit? reponit Magnus, se hoc ideo fecisse, qvod non æqve magna atqve ille apud populum valeat gratia. Dumqve hæc colloqvebantur, tubarum clangore tota undiqve silva personuit, armatorumqve hominum manus confestim eos circumvenit. Præerat cohorti Henricus qvidam cognomento* Claudus, *natus patre Svenone, Svenonis Ulfonidis regis filio, qvi Cnuto* Lavardo *post patrueles sangvinis necessitudine erat proximus. Hæc vero omnia consilio Nicolai regis filiiqve ejus Magni gerebantur. Cumqve videret dux exercitum e silva in se proruentem, cædemqve spirantem, Magnum cognatum suum interrogat, ecqvid rei agatur? num ille hanc turmam regat?* Cui *Magnus, in aliam partem discedens: Tua nihil interest, inqvit, scire, qvisnam hanc regat, jam enim te neci dabunt, & cum dicto sese Henrico* Claudo *adjunxit, in societatem parricidii. Ei dux: Deus tibi, consangvinee, ignoscat, si hac in re qvidqvam peccaveris: Ego tibi libens condono. Tum vero Magnus una cum Henrico* Claudo *Cnutum* Lavardum *ejusqve comites acriter impetunt, qvi cum suis se defendere conatur. Prælium committitur satis vehemens sed imparibus viribus, nimisqve iniqvum: plurimis unum circumvenientibus, nullisqve Cnuti sociis ad resistendum paratis. Qvippe qvi isto die nihil sibi metu-*

vanir ne ofridar a þeim degi; voru oc margir ſva daud-druknir, a eigi vöknudu fyrr enn ſpiotin dundu a þeim, eda i gegnum þa, (*) þeir er ſofnad höfdu. Þar fell Knutr Lavardr, oc er þat fleſtra manna ſögn, at Heinrekr Hallti bæri vapn a hann, oc veitti honum bana. Þar fell oc meſtr hluti lids hans Hertugans, enn hann ſialfr feck þo mællt fyrir ſer, þat er honum var hialpvænligazt, adr hann letz; enn fátt, eda ecki, letz af lidi þeirra Magnuſſ oc Heinreks. Enn er þeſſi tidendi ſpurduz um Danmörk, þa harmadi hverr madr Knut Lavard, oc urdu þeir, Nikulas oc Magnus ſon hans, ſtor-illa þockadir af þeſſu verki, ſva at nær engi madr i Danmörk bad þeim gods fyrir þetta; oc iafnvel þeir, er adr voru vinir þeirra, ſögdu, ſva ſem var, at þetta var ed meſta nidings verk, oc engi dugandi madr mundi til þeirra vilia þiona up fra þvi. Knutr Lavardr var færdr til Hringſtada, oc þar iardadr; oc er ſann-heilagr madr, oc giörir margar fagrar iarteinir oc dyrligar. Liflatz dagr hans er einni nott eptir enn þrettanda
1130. 7.Jan. dag jola, enn nu er honum halldinn meſſudagr um alla Danmörk, enn næſta dag eptir Joans meſſu Baptiſta a ſumarid; þviat þe var uptekinn or iordu heilagr domr hans. Þar heitir nu ſidan Lavardz ſkogr
Vid. c.123. er hann fell. Sva ſegia Danir, at i riodri þvi, er enn helgi Knutr Lavardr fell, ſe iafnan ſidan fagr-grænn völlr, hvart ſem er vetr eda ſumar.

XCIII. CAP.

Fra börnum Knutz Lavardar.

Enn helgi Knutr Lavardr oc Engilborg attu dættr iij: Margretu oc Kriſtinu oc Katrinu. hon var gipt i auſtr-veg, enn Kriſtinu atti Magnus Blinndi Noregs Konungr, ſon Sigurdar Jorſala fara; Margretu atti Stigr Hvita-ledr a Skani. þeirra born voru þau Nikulas, oc Kriſtin, er atti Karl Svia Konungr Sörkviſſon. (**) Þeirra ſon var Sörkvir Svia Konungr. hann atti Ingigerdi, dottur Birgis Jarls Broſu. Þeira ſon var Jon Svia konungr. Enn er enn heilagi Knutr Lavardr fell,
1129. þa var Engilborg kona hans med barni. hon var þenna vetr auſtr i
-30. Gardariki, med Haralldi Konungi fedr ſinum. hon fæddi ſveinbarn, oc het ſa ſveinn Valdimarr. hann var fæddr. vij. nottum eptir liflat ens heilaga Knutz Lavardar, fedr ſins. hann var ſnemma bædi vænn oc

(*) þeir er ſofnad höfdu, qvi ſomno ſe tradiderant, *deeſt in nonnullis Exemplaribus, & qvidem otioſum videtur.* (**) *Valdemarus I. naſcitur* 14 *Jan.* 1130. A. M.

entes tantum compotationi indulserant, ut prorsus ebrii somnoqve oppressi non expergiscerentur, prinsqvam hastis vel saucios vel transfixos se sentirent. Hac nefanda cæde Cnutus Lavardus *interiit; constansqve est fama, telis Henrici* Claudi *fuisse eum impetitum atqve occisum. Etiam comitum ejus pars maxima eadem internecione deleta est. Ipse vero dux fertur, anteqvam animam redderet, ea qvæ pie ac salutariter ad mortem præparatum animum indicarent, prolocutus. Ceterum ex militibus Magni atqve Henrici pauci admodum vel nulli in hac pugna occubuerunt. Cnuti cædes, simul ipsius fama per Daniam vulgata, dolore omnes & luctu implevit, atqve Nicolao regi & Magno ejus filio tantum odium conflavit, ut plurimi omnia eis mala imprecarentur, etiam ii, qvi antea eorum partibus studuerant, palamqve dicerent turpissimum istud facinus summaqve cum infamia conjunctum esse, indignos vero illos, qvorum in ministerio qvisqvam, cui virtus & probitas cordi foret, amplius commoraretur. Funus Cnuti Ringstadium delatum fuit, ibidemqve humo mandatum. Idem postea vere sanctus habebatur, atqve ad ipsius tumulum insignia eduntur miracula. Dies emortualis ejus festo epiphaniæ Domini proximus incidit: nunc autem per totam Daniam sacer habetur postridie festum Divi Johannis Baptistæ, qvo scilicet sanctæ ejus reliqviæ e terra effossæ sunt.* Lavardi *cædes sylvæ, in qva patrata fuit, nomen dedit, qvod huc usqve ipsi hæret, ut silva* Lavardi *appelletur: ajuntqve locum, ubi obtruncatus fuit, hyeme perinde atqve æstate, gramine semper virente vestiri.*

CAP. XCIII.
De liberis Cnuti Lavardi.

Sancto Cnuto Lavardo *trinam prolem foemineam peperit Engilborga, Margaretam, Christinam & Catharinam. Ex his Catharina in oriente nuptui collocata est. Christinam Magnus* Cæcus, *Norvagiæ rex, Sigurdi* Hierosolymipetæ *filius, duxit: Margareta autem matrimonio juncta fuit Strigo* Albicanti *Scano. Ex qvo matrimonio prognati Nicolaus & Christina, qvæ Carolo Sverkeri filio, Sveonum regi, nupta,* (*) *Sverkerum in regno patrio succedentem, genuit. Sverkero Ingigerdis, Birgeri Brosæ comitis filia, in manum convenit: Ex hoc connubio ortum duxit Joannes rex Svecorum. Verum qvo tempore Cnutus* Lavardus *occubuit, Engilbiorga ipsius conjux, uterum ferebat, eaqve hyeme apud parentem suum Haraldum regem in Russia degebat. Ibidem, septima, post obitum mariti, nocte, filium peperit, cui Valdamari*

(*) *Hæc Saxo p. 305. Johannes Magnus p. 699. Loccenius p. 78. ut & Ms. membraneum* Fagur-skinna *p. 78. confirmant. Errat autem Chronici Norvegici editio Danica p. 378. qvæ Christinam Valdamari regis filiam fuisse perhibet.* Thorm. Torf.

oc mikill, oc afbragdligr um flesta hluti. hann ox up austr i Gardariki, med modur frændum sinum, medan hann var i barn-æsku, oc var bratt vinsæll af al-þydu manna.

XCIV. CAP.

Fra Eiriki.

Eirikr, son Eiriks Konungs Goda Sveins sonar, var eigi innanlandz er hann spurdi liflat Knutz Lavardar brædr sins; enn er hann fretti þessi tidendi, þa safnar hann lidi at ser, öllu þvi er hann feck, oc honum villdi fylgia. Hann for sidan til Danmerkr, oc er hann kom i land, þa krafdi hann ser lids; enn med þvi at mörgum þotti hann mikils eiga at hefna, vid Nikulas Konung oc Magnus son hans, þa vard Eiriki fyrir þvi gott til lids naut hann ad þvi oc miök vinsælda Eriks Konungs födur sins, oc Knutz Lavardar brædr sins, oc söfnuduz þeir menn margir til Eiriks, er adr höfdu verid vinir þeirra. En þegar hann feck nockurn styrk lids, þa heriadi hann vida i Danmörk, oc giordi mikinn hernad i riki Nikulass Konungs, oc veitti stor slög mönnum hans, oc vard af þessu mikill hernadr innanlandz. Nikulas Konungr setti menn til landvarnar i moti her þessum. Voru þa rikastir menn i riki Nikulass Konungs, Magnus son hans, Heinrekr Hallti, Haralldr Kesia, brodir Knutz ens helga Lavardar. hann var kærr Nikulasi Konungi frænda sinum, oc Magnusi syni hans, oc lagu margir a halsi honum um þat, oc feck hann af þvi mikit amæli. hann hafdi riki i Siolanndi, oc sat hann longum i Roiskelldu til landvarnar fyrir her Eiriks brodur sins, oc hafdi hann mickla sveit manna med ser, oc styrkti hann, þann stad miök. hann let giöra kastala mikinn oc sterkan, oc setti þar i mart lid til varnar, þa er hann var eigi vid. Nikulas Konungr hafdi löngum fiöl-ment med ser, sidan þessi o-fridr hofz.

XCV. CAP.

Fra Nikulasi Konungi oc Magnusi.

Þat finnz ritad i frodum Dönskum bokum, at þeir Nikulas Konungr oc Eirikr hafi attar nockurar orrostur, þær er ver kunnum eigi fra sagnir, med hverium tidendum lyktaz hafa; enn sva er
1131. ritad, at a ödru ari eptir liflat ens heilaga Knutz Lavardar brodur sins, attu þeir Nikulas Konungr orrostu a Jalangrs heidi, oc þvi næst attu

mari nomen inditum. Hic a puero mira oris elegantia totiusqve corporis dignitate conſpicuus, rariſſimisqve animi dotibus alios antecellens, in Ruſſia apud cognatos maternos, nutritus atqve educatus, brevi omnium in ſe favorem derivavit.

CAP. XCIV.
De Erico.

Exacta, ut jam dictum, in Sælandia hyeme, Sveno ineunte vere copias congregavit, qvas in Jutiam adversus Cnutum traduxit: Tum & Valdemarus cum Svenone fuit. Cnutus Slesvici erat, qvi de adventu Svenonis edoctus, exercitum per Jutiam colligit, Svenoniqve prope Viburgum occurrit. Ibi acris committitur pugna; qva Cnutus a Svenone & Valdemaro superatus, prorsusqve fractus, primum Alburgum fugit, dein versus septentrionem in Norvegiam vectus, Konongabellam defertur. Inde Liod-husum petit, tandem in Gothiam ad Sverkerum Caroli filium, affinem suum, se recipit, ipsius auxili-

(*) *addendum* Ebbi, *ni fallor*, A. M.

landdi Sörkvi Karls son (a) mag sinn. hann atti Rikizu modur Knutz Konungs, oc beiddi hann lids afla. Sörkvir Konungr baud at fa honum riki i Svi-þiodu, þat er hann mætti vel hallda sik vid, en hann kvetz mundu taka þat riki er Knutr Konungr atti i Danmörku; en Knutr Konungr villdi þat eigi. Sidan for Knutr konungr austr i Gardariki, oc þadan austan. hann for þa sudr i Raudstock (b) til modur brædra sinna, oc villdu þeir eigi at hann væri þar; þviat þeir ætludu, at hann mundi vilia hafa rikid unndan þeim. Sidan for
Saxo ibid. Knutr konungr sudr i Brimar, a fund Hardvigs Erki-byskups; enn hann fylgdi honum i Brunsvik, a fund Heinreks hertuga, sonar Konrads Keisara, oc tok hann vid Knuti konungi. Þa var Konradr Keisari andadr, en Fridrekr var þa Keisari. (*) Knutr konungr efldiz at lidi i Saxlandi, oc for med Sudr-manna her til Jotlandz. En er Sveinn konungr spurdi þat, oc þeir Ulfr, at Knutr konungr var kominn til
Saxo p.259 Jotlandz, þa söfnudu þeir her i moti, oc hittuz vid Geitz beck. Þar var myrlent er þeir funduz, oc máttu þeir eigi náz til. Þar var Valldimar kunnigt, oc vissi hann vad eitt, oc reid þar til: Þa runnu i mot honum iiij. sudr-menn, oc lögdu til hans allir senn: hestrinn viknadi vid, er þeir lögdu ij. framan i briostid; þa lögdu adrir ij. i mot aptan i lendina, oc rettiz þa up hestrin. Þa komu ad menn Valldimars, oc sva fleiri
Saxoni folradus ibid. sudr-menn. Þa hio Valldimarr til Folkrads Greifa, sva at hann fell af hestinum; komu þa til menn Valldimars, oc drapu Greifann. Eptir þat, vard hörd orrosta, oc eigi löng, adr Knutr konungr flydi, en þeir Sveinn konungr oc Valldimarr fengu sigr. Knutr konungr for þa aptr enn til Saxlandz, (c) oc dvaldiz þar litla hrid. Þa for hann til Frislandz,
Saxo p.260 oc gaf þar hverium manni halfa örtug vegna, af þvi gialldi, er þeir attu at giallda Konunginum i Danmörk, til þess at þeir helldi hann þar i moti Sveini konungi, oc þvi iadu þeir honum, oc giördu þar borg mickla vid á þa er Mildin heitir, oc kölludu hana Milldinborg. Enn er Sveinn konungr spurdi þetta, dro hann þegar her saman, oc for til Heida-bæiar. hann hafdi skipa lid, oc dro þar skipin fra Sletti, yfir til Hylingstada a Frislanndi: Vard þar orrosta mikil, ádr hann fengi unnid Mildinborg. Þar vard sva mikid mannfall, at menn gengu þurrum fotum yfir ana Milld (d) at manna bukum. Sveinn konungr feck þar sigr, en Knutr konungr flydi þa enn sudr i Sax-
Saxo p.261 land, til Heinreks Hertuga af Brunsvik, oc dvaldiz þar um stund.

CIX.

(a) Kols *rectius charta.* A.M. (b) *Poloniam absqve dubio in mente habuit author, ubi Cnuti avunculi degebant. Vide & Saxonem.* A.M. *Saxoni Polonia est d. l.* Thorm. (c) Siolandz. *membr. sed vitiose.* (d) al. a *qvod forte rectius.* (*) 1152. *obiit Conradus & successit Fridericus.*

auxilium imploraturus. Affinitatis hæc erat ratio, qvod Sverkerus in matrimonio haberet Richizam, qvæ primo conjugio Cnutum pepererat. Sverkerus ei commutationem proponit, qva nempe Cnutus ditionem in Svecia, unde dignitatem regiam sustineret, habiturus esset, ejusqve vice Sverkerus partem regni, qvam Cnutus in Dania possidebat, reciperet. Verum hæc conditio repudiata a Cnuto, qvi deinde iter orientem versus in Russiam prosecutus est. Hinc in austrum Rostochium versus ivit, ad avunculos suos, qvi haud longam penes se moram concesserunt, suspicantes ab illo insidias regno ipsorum strui. Itaqve Bremam ad Hardevicum archiepiscopum contendit, a qvo ad Henricum ducem, Cæsaris Conradi filium, Brunsvicum deductus, ab eoqve exceptus fuit. Conrado imperatore defuncto Fridericus tunc successerat. Et Cnutus in Saxonia ad bellum necessariis instructus, denuo Jutiam cum Saxonum manu ingreditur. Cujus de adventu certiores facti Sveno rex atqve Ulfo in occursum tendunt, eumqve ad Geitzbeccum assequuntur. Congressum copiarum ab utraqve parte paludes probibebant. Tum Valdemarus, cui regio explorata, vadumqve, qvo permeari palus posset, notum, transgredi ibidem tentat. Qvem qvatuor milites ex Saxonum agmine, transitu probibituri, telorum conjectu simul petunt. Sustinet illos diu, donec eqvum, cui insidebat, ex resistendo vires deficiunt. Illi vero primum pectus ægre duabus hastis vulnerant, deinde alii duo lumbos totidem plagis afficiunt, ut jam ille in clunes subsideret, jam in pedes erectus sese in altum libraret. In hoc periculo præsto sunt Valdemaro multi suorum militum, accurrentibus simul & pluribus australium. Tum Folcradum comitem Valdemarus stricto gladio aggressus, eqvo dejicit; qvem delapsum Valdemari milites circumvenientes trucidant. Recrudescit inde prælium, qvod tamen haud diu anceps fuit. Etenim præceps Cnuti regis fuga Svenoni ac Valdemaro victoriam peperit. Atqve ille qvidem in Saxoniam iterato se recepit, ubi ad exiguum tempus substitit. Inde in Frisiam profectus, singulis ejus terræ colonis tributi, qvod regi Daniæ solverent, partem, dimidia ortuga æstimatam, remisit: pactus viciffim, ut sibi contra Suenonem auxilium ferrent: Proni ad hoc Frisii, urbem, ex Milda fluvio Mildenburgi nomine appellatam, exstruunt. Hoc ut Sveno rex accepit, collectum sine mora exercitum Slesvicum versus duxit: cumqve navibus & classiariis instructus esset, naves a Sletta usqve Hylingstadium in Frisia trahi jussit. Ibi acerrime certatum, donec Mildæburgum expugnaretur; tantaqve hominum strages edita, ut Mildæ alveus cæsorum cadaveribus obstructus, homines siccis pedibus transmitteret. Victoria & hic penes Svenonem stetit. Rex autem Cnutus consveto usus perfugio, Saxoniam revisit, cum Henrico duce Brunsvicensi aliqvantum temporis moraturus.

CIX. CAP.
Fra Keisara oc Sveini Konungi.

1152. I þenna tima senndi Fridrekr Keisari Sveini konungi ord, oc baud honum til sin med vinattu. En er Sveinn Konungr kom til Keisarans, þa rauf Keisarinn tru sina vid Svein Konung, og neyddi hann
Saxo lib.14 p 262 19. til at gioraz ser handgenginn. Þa kom þar til Keisarans Heinrekr Hertugi, oc Knutr Konungr. þa giördu þeir Keisarinn oc Hertuginn sætt med þeim Sveini konungi oc Knuti Konungi, oc skylldi Knutr konungr vera unndir madr Sveins Konungs, oc hafa Sioland til forrada. Þa bad Sveinn Konungr at Valldimarr skylldi ganga i trunad fyrir hann, at þessi sætt helldiz; þviat Knutr Konungr hirdi ecki hveriu Sveinn Konungr het, oc kalladi hann ecki efna mundu þat er hann het, oc villdi Konungr eigi sættaz nema Valldimarr gengi i trunad þenna fyrir Svein Konung. Þa mællti Valldimarr: eigi villda ek, at þu beiddir mik þessa, frændi; þviat ek em eigi vinr Knutz Konungs; en þo ef þu helldr eigi þa sætt, er ek em vid-bunndinn, þa mun mer mis-lika; em ek þa oc þegar skildr vid þin mal. Sveinn Konungr bad hann ganga i tru fyrir sik, oc sagdiz all-vel mundu sættina hallda, en kvad hann ad heimilu skylldu skiliaz vid sin mal, ef hann ryfi sættina. Sidan vard þat ad lyktum, at Valldimarr geck i truna med Sveini Konungi, oc foru sidan heim til Danmerkr. En er þeir komu heim, þa rauf Sveinn Konungr þegar sætt vid Knut Konung, oc kalladi sina eign öll þau Konungs bu, er voru i Siolanndi. Þa krafdi Knutr Konungr Valldimar sinnar tru, at þat helldiz er mællt var. Valldimar bad Svein Konung giöra sva vel, at hann helldi sætt þa, er hann var i bundinn vid Knut Konung; en
Saxo p 262 Sveinn Konungr kvad þa sætt eigi mega halldaz, oc bad at þeir skylldu þa giöra adra sætt, oc þat var giört: þa feck Kuutr Konungr Apa-
Saxo p 262 sed indi-stincte. syslu a Jotlandi, oc vj. (*) herud i Siolandi, oc. vj. herud a Skani; enn Valldimarr geck þa enn i tru fyrir Svein Konung; þviat Knutr Konungr kvad þessa sætt eigi mundu betr halldna af stundu en ena fyrri. Sveinn Konungr bad þa enn Valldimar i-binndaz, oc kalladiz þessa sætt mundu hallda, er vid hans sam-þycki var giörr; en kvatz miök naudigr hafa verid, at iata öllu þvi er Keisarinn villdi vera láta, þa er ek stod fyrir kniam honum: geck þa enn vid þat saman sætt þeirra um sidir, at Valldimarr skylldi skildr vid Svein Konung, ef hann ryfi enn þessa sætt. Þessi sættar fundr var i Ve-biörgum. Epter þetta

(*) *charta habet* bu.

CAP. CIX.
De Imperatore & Svenone rege.

Sub idem tempus Cæsar Fridericus missis, legatis, Svenonem regem ad colloqvium invitat, studio ei & favore suo ostentato. Hic vero cum ad Cæsarem venisset, disparem promissis fidem experitur, usqve adeo, ut coactus sit Cæsari sese clientelæ jure obstringere. Eodem temporis vestigio imperatorem accessit Cnutus rex, Henrico duce comitatus. Qva usi occasione, Cæsar atqve Henricus inter reges Svenonem Cnutumqve pacem conciliarunt, his conditionibus, ut Cnutus sub clientela Sælandiam a Svenone acciperet in ditionem. Adstipulatur pactis Sveno, ad qvæ rata habenda fidejussorem poscit Valdemarum, postqvam Cnutus indicaverat, nullam Svenoni apud se fidem futuram, nisi sponsore Valdemaro. Hic vero Svenonem affatus: „Nollem, „ ait, cognate, hoc a me postulares, qvi amicus Cnuti neutiqvam appellor. „ Attamen multo mihi ægrius futurum erit, si pactis inter vos conventis, qvi„ bus etiam ipse implicor, a tua parte non stetur. Qvod deinceps si evene„ rit, statim a te sejunctus Cnuti partibus accedam„. Hæc præfatum Valdemarum, Sveno nihilominus solicitat, sponsionem ut faciat, pollicetur qve inviolatas pactiones se servaturum: qvod ni faxit, illius a se defectionem neqvaqvam improbare. Tandem exorari se passus Valdemarus, fidem pro Svenone obligat. Reversus in Daniam Sveno, pactorum nulla habita ratione, prædia regia per Sælandiam sibi vindicat. Cnutusqve delusum se videns, a sponsore exigit Valdemaro, alterum ad servandum fœdus ut adigat. Qvi Svenonem monens, se religione promissorum ut exsolvat, responsum refert, tale esse, qvod apud Cæsarem fecissent foedus, ut stari eo non posset, itaqve aliud ineundum esse; qvod & factum in hæc verba, ut Cnutus rex in Jutia provinciam, Apasyslam dictam, in Sælandia præfecturas sex, totidemqve in Scania, ditione sua teneret: Atqve hæc itidem pacta Valdemari sponsione rata habita; Cnuto dicente, nihilo melius hoc foedus, qvam illud alterum servatum iri. At Sveno ut perfidiæ a se culpam amoveret, non tantum Valdemarum urgebat, sed & multis verbis promittebat, se istam compositionem religiose habiturum, fide Valdemari interposita. Addebat porro, in priores conditiones ab imperatore propositas adductum sese vi ac dolo fuisse, qvando, extorta indigna illa rege submissione, ante Cæsaris genua constitutus in eas invitus consensisset. Qveis rationibus ultro citroqve agitatis, res tandem ad hoc pactum devenit, ut, si Sveno iterum fidem falleret, Valdemaro integrum foret ab eo separari. Foedus Viburgi ictum. Deinde Cnutus Valdemaro Sophiam sororem uterinam

 suam

þetta gipti Knutr konungr Valldimar Suffiu fyftur fina fammædda
Saxo lib. 14 p. 266 (*a*) hon var dottir Valadars konungs af Polina lanndi: her med gaf knutr Konungr Valldimar þridiung af allri finni eign, til vinattu oc heilla fatta. Kriftophorus het fon Valldimars, hann var frillufon, Tof. het modir hans.

CX. CAP.
Fra Sveini Konungi.

1153. Sveinn Konungr baud ut leid-angri enn næfta vetr eptir fætt þeirra Knutz Konungs oc Valldimars, oc villdi heria i Sviariki. Hann fendi bod þeim Knuti Konungi oc Valldimar, at þeir færi med honum, en þeir villdu eigi fara; þviat Sörkvir Konungr atti Rikizu modur þeirra Knutz konungs oc Suphiu. Sidan for Sveinn Konungr til Sviþiodar, oc vann þat riki af Sviakonungs velldi, er heitir Verandi, þat eru v. herud, en eitt byfkupsriki. I þvi byfkupsriki eru fex kirkiur ens fetta tigar. Oc annad riki vann hann, þat er Finneidi heitir, þat eru þriu herud, er fva heita, Auft-bu, Sudr-bu, Veft-bu, þeffi riki oc herud liggia næft Dana konungs velldi. I þeirri ferd var drepinn Nicholas Dotta. Sidan for Sveinn konungr heim, enn menn hans voru eptir i Hallanndi, i Fardhufum, oc voru þar höfdingiar fyrir þeir Karl oc Knutr. Enn er þeir Gautar fpurdu þetta, þa foru þeir, oc toku hus a þeim, oc drapu þegar kerti-sveinana, þa er utkomuz. Sidan voru menn þar handteknir, þa hioggu þeir Gautar vök a ifi, oc föktu þeim þar i: enn fridr hellz en þann vetr med þeim sveini Konungi oc Knuti Konungi. En at fumri foru þeir Knutr konungr oc Valldimarr med fkipalidi til Siolandz, oc lagu vid (*b*) Sundby; en Sveinn konungr var þa i Roiskelldu, oc likadi honum eigi ferd þeirra, þviat hann var fa-lidr fyrir; en þeir foru at öllu fem fpakligazt; oc giördu fik til enfkis o-fridar likliga. Þa fenndi Sveinn Konungr menn til þeirra, oc var komid a ftefnulagi, at þeir fkylldu finnaz. Reid Sveinn Konungr þa ut til þeirra, oc fefti þa enn tru fina, oc fætt þa fem fyrr hafdi verid, oc fkilduz fattir. Foru þeir for

Margin notes: Saxo lib. 14 p. 264 (beside "um, en þeir villdu…"); Saxo lib. 14 p. 265 20. (beside "inn Nicholas Dotta…"); Saxo lib. 14 c. 266 lin. 5. 1145. (beside "a ifi, oc föktu…")

(*a*) *Sophiam, Valdemari I. conjugem, Sverconis Sveciæ Regis filiam fuiſſe extat in* Tabula Ringftadienfi; *ceterum tabula iſta temporibus longe junior eſt, ac itaqve de rebus adeo vetuſtis nullius auctoritatis. Sophia erat filia Vlodomiri Regis Ruſſiæ, puta partis illius. Ruſſia enim eo tempore plures Reges habuit.* Hvitfeld *Tomo II. pag.* 54 *ex Epiſtola S. Wilhelmi. Anno* 1154. *Sophia nondum erat nubilis.* Saxo *p. m.* 266. *Fallitur itaqve* Lyfchander *p.* 214. *ubi fcil Magnum Valdari viduam Bugiſlai (Boleslai) filiam duxiſſe vult. hæc* A. Magnæus. *Videatur qvoqve ſupra cap.* 104. *ejusdem obſerv. de uxore Magni, Regis Nicolai filii, patris vero Cnuti.* (*b*) Al. charta *Sundbu,*

suam matrimonio junxit, genitam (*) patre Valadaro rege Poloniæ: simulqve ei tradidit tertiam partem possessionum suarum, nimirum in amicitiæ certius sinceræqve reconciliationis firmamentum. Filium Valdemarus habuit, Christophorum nomine, é concubina, Tofa nuncupata, procreatum.

CAP. CX.

De Rege Svenone.

Proximo anno a fœdere Cnutum regem inter & Valdemarum pacto, Sveno rex exercitum conscribit, Sveciam armis infestaturus. Ad hujus belli societatem Cnutum regem & Valdemarum, per nuntios invitat: sed recusant illi. Sverkerus enim rex matrem Cnuti & Sophiæ Rickizam in matrimonio habebat. Interim Sveno, uti proposuerat, in Sveciam arma intulit, provinciamqve, Verendiam dictam, Svecorum regi eripuit. Continet ambitu suo isthæc provincia qvinqve præfecturas, unumqve episcopatum. In episcopatu vero qvinqvaginta sex templa numerantur. Huic provinciæ & aliam adjunxit, brevi post expugnatam, Finneidi nuncupatam, qvæ tribus constat præfecturis, Ostbua, Sudbua & Vestbua: qvæ præfecturæ & territoria regno Daniæ sunt finitima. Ista in expeditione Nicolaus Dotta *occisus fuit. Qva confecta, Sveno rex domum rediit, multis comitum suorum Fordhusis in Hallandia relictis; qvorum principes nominabantur Carolus & Cnutus. Qvod ubi Gothi acceperunt, eo advolantes, ædes in qvibus morabantur, obsederunt, ministris candelarum, qvi exitum moliebantur, neci traditis. Deinde ceteros in potestatem suam redactos ad flumen deducunt, glacie tunc constrictum, qva fracta, aqvis eos submergunt. Ista etiamnum hyeme Sveno, Cnutusqve reges pacem servavere. Seqvente vero æstate Cnutus & Valdemarus classe armata Sælandiam petunt, atqve ad pagum Sundby stationem capiunt. Eorum adventus Svenoni tunc Roeskildiæ agenti haud parum solicitudinis attulit, utpote exigua armatorum manu stipato. Illi vero nihil hostile præ se tulerunt, modeste in omnibus se gerentes, & qvasi ad nullam pugnam parati, ab injuriis temperantes. Itaqve ad eos Sveno mittit: qvibuscum de colloqvio instituendo convenitur. Mox ipse adest, eqvo vectus, foedusqve antea inter eos sancitum, fide denuo interposita confirmat, eisdemqve super pactis fide eorum*

 munitus,

(*) *Saxo lib. 14. p. 266. patre Ruteno procreatam tradit.* Thorm.

Knutr Konungr þann ſama dag til Jotlandz, en Sveinn Konungr for
Saxo aptr til Roiskelldu. Um morgininn eptir bardiz Sveinn konungr vid
p.267 Vindr vid (*a*) Kalflunda, oc feck ſigr, oc drap marga menn. En
20. & p.268 ſtod ſættin enn þat ar med þeim Sveini konungi oc Knuti konungi.
1154. Svein Konung angradi þat miök, er þeir Knutr Konungr oc Valldi-
marr voru ſva vel ſattir; oc töludu þeir Þettleifr Edlarſſon oc Ripa
Ulfr þat jafnan fyrir Sveini Konungi, at hann leitadi nockurra bragda
i, at taka þa bada ſenn af-lifi, med nockurum ſvikrædum, ef hann
fengi eigi nad þeim ödruvis, oc kölludu hann ſva (*b*) fremi mundu
ſtyra einn öllu Dana velldi i frelſi. Sveini Konungi fellz þetta all-
1155. vel i eyru. Ok eitt ſinn ſpurdi hann, at þeir voru badir magar i Rip-
um, Knutr konungr oc Valldimarr. For Sveinn konungr þa ſkyndi-
liga af Skani, oc hafdi allmikid lid, en hann ſpurdi at þeir voru
fa-mennir fyrir, oc ætladi nu at taka þa bada; en þeim kom nioſn
um ferdir hans, oc fyrir-ætlun, oc ſkilduz þeir. For Knutr konungr
þadan til Vebiarga, en Valldimarr til Heidabiar: En er Sveinn kon-
ungr ſpurdi þetta, þa vendi hann aptr ſömu leid, oc þegar þeir
ſpurdu, at hann var aptr horfinn, þa budu þeir ut lidi. Sveinn Kon-
uungr ſafnadi oc lidi i mot, þeim Skanungum oc Sialandz förum,
er honum villdu fylgia, oc var hann þa i Roiskelldu, er þeir lagu i
Saxo Lyngby i (*c*) Valburs heradi, oc lagu þeir þar ſva vij. nætr at þeir börd-
p.270 uz eigi. Þa ſkilduz Skanungar vid Sveinn Konung, oc er hann fann
30. þat, at þeir flydu fra honum, þa treyſtiz hann eigi, at ſtannda i moti
þeim Knuti konungi, oc Valldimar, oc flydi i braut um nott, oc
ſudr til Fallztrs, oc eigi nam hann fyrr ſtad en hann kom til (*d*) Land-
Saxo esbergs, til Konrads Margreifa mags ſins, oc var þar iij. manndr. (*e*)
p 271
20.

CXI. CAP.

Sætt Konunga.

1155. En a þeirri ſtundu er Sveinn Konungr var i brottu, þa let Valldi-
Saxo marr taka ſik til konungs, oc voru allir til þeſſ bunir; þviat hann
p.269 var all-vinſæll madr. þeir letu þa vigia ſik badir ſenn til konunga,
40. Valldimarr oc Knutr konungr, mágr hanns. Oc a þeirri ſtundu
heimti Knutr konungr feſtar mey ſina, ofan af Sviþiodu, dottur
Sörkvis konungs. En medann Knutr konungr var uppi i Sviþiod, þa
kom Sveinn konungr i Danmörk, oc Heinrekr Hertugi, oc voru xiiij.
nætr i lanndinu. þeir komu ſva framarla i landid til Sumarſtada a
Jot-

(*a*) *Al. Kalfs lunda.* (*b*) *Ch. alias* framt, *qvod hodienum uſitatum.* (*c*) *Al. Valbyrc.* (*d*) *Al. land Esbergs.* Thormodo *Mersburg.* (*e*) *Rectius* Maünde.

munitus, domum discedit. Cnutus autem & Valdemarus eodem die in Jutiam revertuntur. Postridie Sveno rex prope Kalfslundum cum Vandalis depugnavit, atque immani strage edita, magnam reportavit victoriam. Hoc anno inviolatum adhuc foedus perstitit, inter Svenonem Cnutumqve. Ceterum illum continuo angebat magna, qvæ Cnutum inter ac Valdemarum recens evaluerat, amicitia. Ad hunc animi dolorem tollendum Thetleifus Edlari filius Ulfoqve Ripensis Svenoni svasores fuere, ut rationem aliqvam iniret, utrumqve æmulorum vel vi vel dolo, qvando fieri aliter haud posset, simul vita expellendi: qvod consilium si recte succederet, eum solum totius Daniæ potiturum. Placuit Svenoni consilium; qvumqve audiret, Cnutum regem cum Valdemaro Ripis esse, eodem cum copioso exercitu iter e Scania acceleravit, spe plenus, se illos jam tum parvo numero instructos, nullo negotio oppressurum esse. At de itinere ejus propositoqve illi certiores redditi, ocius inde se proripiunt: Cnutus qvidem Viburgum, Slesvicum Valdemarus. Qvod ut Svenoni regi nuntiatur, eadem, qva venerat, via regreditur. Ejus discessus cum ad aures Cnuti ac Valdemari afferretur, copias compararunt. Sveno interim ex Scanis & Sælandis, qvi seqvi ipsius signa voluere, exercitu coacto, Roeskildiæ hostes præstolatur. Qvi in pago Lyngby præfecturæ Valburensis castra metantur, ac in eisdem per integras septem noctes qvietos se continent: Scanis sensim a Svenone dilabentibus. At Sveno, ista suorum fuga ac defectione animadversa, Cnuto ac Valdemaro se opponere, neutiqvam tutum ratus, noctu in Falstriam aufugit. Neqve prius substitit, qvam Landesbergam ad affinem suum Conradum Marchionem pervenisset, qvicum tres menses commoratus est.

CAP. CXI.

De pace inter reges inita.

Svenone e regno profugo & absente, Valdemarus in ejus locum, omnibus consentientibus, recipitur. Idqve eo promptius effectum, qvod nemini non gratus acceptusqve esset. Ex isto tempore uterqve, Valdemarus & Cnutus affinis eius, regis nomen & insignia usurparunt. Atqve hic sponsam suam, Sverkeri regis filiam, ex Svecia domum duxit. Cum vero in Svecia abesset Cnutus, Sveno rex atqve Henricus Brunsvicensis dux Daniam ingrediuntur: neqve tamen ultra alteram hebdomada commorantur, haud longius, qvam ad Sumarstadium in Jutia progressi. Qvorum adventus fama perculsus Valdemarus,

Jotlandi. En er þat ſpurdi Valldimarr konungr , þa for hann med
þat folk er hann feck i Siolanndi, oc kom til Fions; oc for yfir Fion
til Medalfarar ſunndz ; en þar var illa ſært yfir ſundit fyrir iſum, oc
komz hann a bati yfir (*a*) med xviij. mann , oc for hann þegar
nordr a Jotland oc ſafnadi lidi. Sveinn Konungr oc Heinrekr Her-
tugi fengu frett til hans, oc villdu eigi bida hans, oc flydu, oc foru
Saxo þat ij. daga aptr er þeir höfdu (*b*) xiiij. daga þangat farid. En er
p.272 Valldimarr Konungr ſpurdi þat, let hann lid ſitt heim fara, en han
40. dvaldiz a Jotlandi um vetrin, oc beid ſva Knutz konungs. En er
Sveinn konungr hafdi ſkamma hrid verid a Saxlandi, þa leiddiz hon-
um þat, oc for hann þadan til Vindlandz, oc gaf Vindum fe til þeſſ,
Saxo at þeir flytti hann til Fions. En er þeir Knutr konungr oc Valldi-
p.272 marr ſpurdu þat, þa budu þeir þegar ut leidangri, oc helldu til Fions.
50. Fionbuar flydu fra Sveini konungi, oc villdu ecki fylgia honum, oc
foru þegar til þeirra Knutz konungs oc Valldimars, med öllu fe ſinu
oc konum oc börnum; þviat adr höfdu allir naudgir gengit unndir
Svein konung: ſa þa Sveinn konungr öngan ſinn koſt vænna, en ad
leita ſætta vid þa konungana, oc ſendi hann þa menn til þeirra, oc
beiddiz grida til tals oc ſætta um-leitanar. vard þa komid a ſtefnu-
lagi med þeim. A þeirri ſtefnu bad Sveinn Konungr, at Valldimarr
Konungr ſkyldi einn giöra med þeim, þannig ſem hann villdi; oc
kvaz þvi ſkylldu vel una, ſem hann villdi vera lata; oc kvez godz
eina at honum vænta; oc bad hann ſkipta lanndinu med þeim, ſem
honum likadi. En Valldimarr Kouungr kvetz villdu eiga rad um
þetta vid ena vitruztu menn, oc ena beztu, er til væri i landinu:
en hann lezt ecki mundu ſva ſkiott gripa a sliku; en bad Svein Kon-
ung bida a medan a Falſtr. Sveinn konungr ſpurdi, hvert rad giöra
Saxo ſkylldi fyrir lidi hans medan; kvetz eigi mega fæda folkid a ſva litlu
p.273 lanndi, oc baud þeim Konungunum, at þeir ſkylldi taka vid mönn-
10. um hans, oc hallda þar til er ſættin yrdi ſamid, oc þvi iatadu þeir:
en Sveinn Konungr het þvi vid guds vitni oc manna, at hann ſkylldi
eigi koma à braut af Falſtr a þeirri ſtundu, fyrr en ſættin væri ſamid
oc up-ſögd milli þeirra; oc öngva menn til ſin taka, fyrr en þeir væri
ſattir.

CXII. CAP.

Landzskipti.

Nu ſteſndu þeir Valldimarr Konungr oc Knutr konungr til ſin öll-
um þeim mönnum er vitraſtir voru i Danmörk, til um-rada
um

(*a*) *al.* vid. (*b*) *al.* xij.

rus, copias, qva potuit celeritate apud Sælandos collectas, in Fioniam traduxit, cursuqve ad fretum Middelfartense directo, ubi id glacie non satis adhuc pervium deprehendit, octodecim tantum viris secum assumptis, cymba fretum trajecit: Indeqve actutum in septentrionalem Jutiam pergens, copias coepit conscribere. Interim Sveno & Henricus dux, qvos latere non poterat festinata expeditio Valdemari, & qvi eundem exspectare consultum haud ducebant, fuga arrepta, eandem viam, in qva conficienda prius qvatuordecim ipsos dies consumpserant, nunc bidui spatio remensi sunt. Qvo audito, Valdemarus copiis domum recedendi potestatem fecit, ipse vero in Jutia hyemem exegit: ubi Cnutum regem exspectavit. At Sveno. brevem oppido in Saxonia moram facit, longiorem utiqve pertæsus. Hinc ad Vandalos se confert, qvorum navibus transvectionem in Fioniam, numerata pecunia emercatur. Itaqve & eo Cnutus ac Valdemarus cum exercitu suo movent; atqve Fionenses, Svenonis partibus relictis, sese, cum uxoribus, liberis, omniqve suo peculio, Cnuto & Valdemaro in ditionem atqve arbitratum totos dedunt; qvippe qvi antea Svenoni obseqvia sua non nisi inviti coactiqve promiserant. Tum Sveno, consilii inops, in regionem astutiarum suarum ingressus, putavit nulla se ad istud, qvod volebat, faciliori via perventurum, qvam si alienatos regum æmulorum animos sibi denuo reconciliaret. Igitur per nuntios ab eis inducias petit, donec de pacis negotio ac foedere novo stabiliendo agatur. Hinc colloqvium instituitur, in qvo ad Valdemari judicium omnia Sveno se referre, ipsoqve solo arbitro contentum fore profitetur; testatus haud qvenqvam alium esse, in cujus fide & integritate, qvandoqvidem de divisione regni ageretur, plus fiduciæ collocaret. Cui Valdemarus, haud sui unius consilii esse dixit, sed cum sapientissimis optimisqve regni viris negotium communicandum; tam grave insuper hoc tantiqve momenti videri, ut tanta, ac Sveno putaret, celeritate minime posset peragi. Interim tamen placere sibi, ut in Falstriam Sveno concederet, ibiqve eventum exspectaret. Rogat Sveno, qvid interim de exercitu suo futurum sit, cui alendo insula tam exigua haud suffectura. Offert itaqve regibus, ipsius copias tantisper suis ut adjungant, donec res tota componatur. Qvam & illi conditionem accipiunt. Deniqve rex Sveno ad confirmandam ulterius fidem Deum immortalem hominesqve obtestatus, spondet se non prius e Falstria discessurum, qvam confectæ pactiones forent, ratæqve habitæ, neqve interea temporis milites sibi ullos adjuncturum esse.

CAP. CXII.
De divisione regni.

Tum vero Valdemarus & Cnutus reges ex universo Daniæ regno sapientissimos qvosqve ad se convocant, ut de provinciarum divisione consultarent.

Saxo um land-ſkiptid. En þegar Valldimarr Konungr oc Sveinn Kon-
p.274. ungr höfdu ſkilid, þa Sottu þegar til Sveins Konungs allir menn
lin.7. hans, oc þegar hann feck trauſt af þeim, oc hann þottiz hafa nockurn afla, þa var hann ofliotari til ſættarſtefnu, ſem mællt var; oc var Sveinn Konungr þa tregr, at lata þa ſætt vera, er fyrr hafdi hann beitt, en þo ſa hann, at hann matti enn eigi annad giöra, en lata ſva vera ſem þeir villdu, fyrir lidsafla ſakir. Var þat þa ſamid, at Valldimarr ſkylldi ſkipta med þeim landinu, oc ſva kioſa. oc þvi iatudu þeir Knutr konungr , oc Sveinn konungr. Valldimarr lagdi i einn hlut, Jotland, oc utlönd þau er þar liggia til: Þa lagdi hann i annan ſtad, Skani oc Halland, Bleiking oc Borgundar holm: I þridia ſtad lagdi hann Sioland, oc Fion oc Erri oc Falſtr, oc þau lönd
Saxo er þar liggia til. Valldimarr kaus Jotland; en Sveinn konungr hlaut
p.274 Skani, oc þau lönd er þar voru til nefnd; en Knutr konungr hlaut
20. Sioland oc Fion. Oc þotti öllum Valldimarr konungr ſyna enn mikinn dreingſkap vid Svein konung i þeſſi ſættargiörd, þviat monnum þotti Sveinn konungr hafa fyrir-gort landi oc ladi. Sidan lögdu þeir Valldimarr konungr oc Knutr konungr ſaman ſin lönd: en þeir
Saxo ſvördu allir Konungarnir vid Gud oc allan helgan dom, at þeſſi
p.274 ſætt ſkylldi halldaz, oc ſa ſkylldi i banni af Pavanum oc öllum Byſk-
30. upum oc lærdum monnum, er þeſſa ſætt ryfi.

CXIII. CAP.

Sett grid med Konungum.

Eptir þeſſa ſætt Konunganna, baud Knutr konungr Sveini konungi heim med ſer til Roiskelldu, oc Sveinn Konungr þa heimbodit, oc mælltu þeir konungarnir allir med ſer til ens beſta vinfengis. Þeir Valldimarr konungr oc Knutr konungr ridu fyrir badir, oc bioggu veizluna i moti Sveini konungi. En ſva var mællt, at þeir ſkylldi rida i moti Sveini konungi til Hringſtada, oc ſkylldu þeir þar finnaz allir Konungarnir: Oc nu mællti Valldimarr konungr til Knutz konungs, at þeir mundu rida i moti Sveini konungi, oc bioda honum til veizlunnar, er fyrir var buin. Knutr Konungr ſvaradi, oc kvad þat eigi ſitt rad, at þeir færi badir a fund Sveins konungs, ſva at hann ætti valld a þeim, oc ſagdi, at honum var grunr enn á hverſu trur Sveinn konungr mundi vera: eru þeir nu oc þar med honum rad-giafar hans, er iafnan fyſa hann ens verra, Þettleifr Edlarſſon oc Ripa Ulfr, oc Yngvarr Kveſa. oc villda ek litinn trunad eiga unndir honum. ætla ek at honum liki ſættinn illa,

rent. Ad Svenonem vero, postqvam Valdemarum reliqverat, omnes, qvi ei militaverant, confluxere: qvorum ille præsidio firmatus aliorumqve accedentium numero auctus, ad colloqvium pactioni indictum, non nisi tarde & cunctanter advenit: qvasqve antea pacis conditiones supplex efflagitarat, jam invito animo admisit. Attamen ingratiis coactus fuit concedere, ut ceterorum arbitrio res gereretur, cum longe numerosioribus, qvam ipse, copiis essent instructi. Conclusum vero fuit, ut Valdemarus regnum partiretur, partesqve singulis pro lubitu assignaret: cui tam Cnutus qvam Sveno assensere. Tumqve in tres partes Valdemarus regnum divisit; qvarum primam constituebat Jutia, cum insulis adjacentibus: Scaniam, Hallandiam, Blekingiam cum Bornholmia secunda complectebatur: tertiam componebant insulæ majores, Sælandia, Fioniaqve, nec non Falstria, atqve Arroa, cum terris illuc pertinentibus. Ex istis Valdemarus, cui optio dabatur, Jutiam sibi vindicauit: Scania Svenoni obtigit, cum provinciis annexis: Sælandia cum Fionia cessit Cnuto. Consentiensqve cunctorum fuit sententia, miram Valdemari erga Svenonem fidem in hoc negotio, studiumqve non vulgare enituisse, plerisqve haud aliter judicantibus, qvam Svenonem jamdudum omni in regnum jure excidisse. Porro Valdemarus & Cnutus, conjunctis, qvæ sibi obvenerant, provinciis, regni societatem instituunt. A singulis obsignata pactionum fides fuit jurisjurandi religione, qva Deum omniaqve sacra obtestabantur, foederisqve ruptorem diris & exsecrationibus, cum summi pontificis, tum & omnium divini cultus antistitum & mystarum, devovebant.

CAP. CXIII.

De pacis compositione inter reges.

Composita inter reges pace, ad convivium domi suæ Roeskildiæ celebrandum Cnutus Svenonem invitat: qvi & libens ei condicit, fidesqve denuo mutuæ amicitiæ & societatis inter eos sancitur. Primi itaqve, conscensis eqvis, Valdemarus atqve Cnutus discedunt, convivium, anteqvam Sveno adveniret, paraturi. Receperant præterea ambo, sese Svenoni ad convivium venienti honoris causa obviam processuros, Ringstadium usqve: eo enim ut cuncti congregarentur, inter eos convenerat. Itaqve omnibus paratis, Cnutum Valdemarus monet, tempus jam instare, qvo ad Svenonem excipiendum, ex condicto eant. Cui Cnutus, consultum sibi non videri, respondet, ut Svenoni ambo adversum profecti, se qvodammodo potestati ejus permittant, hominis præsertim tam dubiæ incertæqve adhuc fidei. Addit insuper, jam illum perversis consiliariis suis succinctum, deteriora semper suggerentibus, Thetleifo scilicet Edlari filio, Ulfone Ripensi, *nec non Yngvaro* Kveisa, *nihil non metus incutere, plusqve omnino esse, qvod propositum dissuaderet, qvam qvod securum de eo qvenqvam redderet. Sibi enim certo existimari, Svenonem pactis*

 conven-

oc muni hann eigi hallda þessa betr en þær sem hann hefir fyrrum rofid. Gef ek þat rad til, segir Knutr konungr, at þu ridir i mot honum, oc menn med þer; enn ek mun rida til medan, oc hallda saman lidi til varudar; oc vænti ek at þa hlydi, at eigi muni Sveinn konungr þvi treystaz, at taka annan ockarn sva af lifi, at annarr se eptir til hefnda, mun hann helldr hins a-leita, at na ockr badum senn. Valldimarr svaradi: eigi mun Sveinn konungr frændi, sva vandr madr vilia vera, at bua um nein svikrædi vid ockr, oc gremia sva gud ad ser, oc alla goda menn, ok mun hann at visu vel hallda þessa sætt, oc svikia öngan mann i gridum þessum oc svardögum sem yfirstannda; en þo skolu þer þessu rada magr, sem ydr likar, oc sva giördu þeir, at Valldimarr konungr reid i moti Sveini Konungi: Oc er hann kom til Hringstada, var Sveinn konungr þar fyrir, oc hafdi fiöl-menni mikid, voru hans menn allir bryniadir, oc sva iarnadir, sem a eina is-möl sæi: hafdi Sveinn Konungr giört rad sitt, oc ætladi at drepa þa bada, ef hvartveggi hefdi komid; Oc er Valldimarr sa hversu fyrir var buid, þa kom honum i hug, at Knutr Konungr mundi eigi þessu fiarri getid hafa; bad menn sina þa rida ad fram diarfliga, oc lata ecki finna otta á ser. Oc er þeir funnduz,
Saxo p.247 50. spurdi Valldimarr, hvi þeir væri sva bryniadir? Sveinn Konungr, sagdi, at hann hefdi spurt, at þeir Knutr Konungr villdi eigi um heillt bua vid hann, eda hvi er hann nu eigi her? villda ek oc sva gæta lifs mins, oc manna minna, ef þer biggid um nockurn skoll vid oss. Valldimarr svaradi: eigi munum ver svikia þik frændi; en gæti hverr sin, at hverr bui um heillt vid annan, þviat micklu helldr vil ek lata lif mitt, en riufa svar-daga mina, slika sem vid-liggia, oc ver bundum med oss. Sveinn Konungr kvad sva vera mundu, kvetz oc ecki ödru villdu trua, þott honum hefdi annat sagt verit. Sidan ridu þeir til Roiskelldu badir, en Knutr Konungr var þar fyrir, oc var þar veizla en virduligsta, oc voru þeir allir Konungarnir um nottina i godum fagnadi, oc var þa ed blidazta med þeim. Sveinn Konungr hafdi þangad fiöl-menni mikid, oc voru þeir þar þa allir rad-giafar hans.

CXIV.

„ conventis minime acqviescere. „ Nam qvi, inqvit, fieri potest, ut fœdi- „ fragus princeps, cujus animo perfidia videtur innata, in hoc pacto religio- „ nem, qvam violare totiès pro ludo habuit, nunc inviolatam præstet? Igitur „ si me audis, tu, assumtis tecum nonnullis, obviam ei proficiscere, dum in- „ terim ego domi id curavero, ut copiæ, si qvarum usus venerit, paratæ sint, „ qva ratione arbitrabor nihil periculi metuendum: Vix enim credibile, ausu- „ rum Svenonem contra vitam alterius æmulorum qvicqvam tentare, altero „ ad injuriam ulciscendam adhuc superstite, sed potius utrumqve simul perdi- „ tum & sublatum percupere. Cui Valdemarus: haudqvaqvam, inqvit, ad- „ duci possum, ut credam, Svenonem cognatum meum tam a pietate omniqve „ religione alienum esse, ut insidias nobis struendo, Dei, omniumqve qveis pro- „ bitas cordi est, incurrere indignationem velit: persvasumqve mihi est, prin- „ cipem tam arctis religionum vinculis adstrictum, nec posse, nec velle qvidem „ promissorum fidem fallere, ullive foederatorum perniciem machinari. At- „ tamen tuæ, affinis, voluntati morem geram „. Dictum factum. Svenoni in occursum Valdemarus eqvo proficiscitur; ingressusqve Ringstadium, accipit Svenonem ibi adesse ingenti armatorum multitudine stipatum. Etenim milites ejus ad unum omnes cernebantur armis loricisqve instructi, eo qvidem nitore, qvi ad speciem fractæ glaciei accederet. Neqve dubium erat amplius, qvid in animo agitaret Sveno, propositumqve ipsi esse, utrumqve æmulorum, siqvidem pariter adfuissent, opprimere: Valdemarus tanto apparatu conspecto tum demum intelligere coepit, Cnutum hac in re neutiqvam inanem suspicionem injecisse. Interim audentius suos jubet procedere, Svenoniqve propior factus, sciscitatur, ecqvid ita loricati ipsius comites essent? Ille vero allatum ad se fuisse respondet, de illo æqve ac de Cnuto, haud optima utrumqve fide agere secum instituisse, simulqve causam reqvirit tam insperatæ alterius eorum absentiæ. Id vero se movisse, ut armata manu suæ suorumqve prospiceret saluti, insidiasqve, si qvas forte ipsi parassent, amoliretur. Reponit Valdemarus: „ Absit, tibi, cognate, insidias ut struamus. Ea vero tutissima cuiqve custo- „ dia, qvando intemeratam alter alteri fidem præstet. Et qvod ad me atti- „ net, sancte profiteor, juris jurandi religionem longe mihi ipsa vita potio- „ rem esse, maximeqve in pactis tanti momenti observandam, qvanti utiqve „ habenda, qvæ inter nos recens inita sunt „. Sveno, se dictis ejus fidem habere, neqve qvicqvam ex iis, qvæ dixerat, qvamvis ita sibi relata essent, jam credere testabatur. Hinc, conscensis eqvis in viam se dabant, pergebantqve ambo Roëskildiam, ubi Cnutus eos exspectabat. Istic ad convivii magnificentiam nihil deerat, & nox seqvens tota inter effusæ hilaritatis mutuæqve benevolentiæ argumenta agebatur, nihil non amicitiam & perfectam reconciliationem spirabat. Hoc autem animadversum, Svenonem longe ceteris comitatiorem, freqventem clientelam omnesqve consiliarios suos adduxisse.

CXIV. CAP.
Fra ſvikum.

Annan dag eptir drucku þeir allir Konungarnir i einu her-bergi, oc voru katir. Menn Sveins konungs höfdu torg oc ſkemtan oc leika uti hia her-bergiunum, oc drifu menn þangad til or her-bergiunum, er a leid daginn, oc þotti mönnum þat katara, enn at ſitia einart vid dryckinn. Var þa fatt manna i herberginu, nema Konungarnir. Þa komu þar inn menn Sveins Konungs, Þettleifr Edlarſſon oc nockurir menn adrir, oc baknudu til Sveins Konungs. hann ſtod upp i moti þeim, oc töloduz þeir vid litla hrid, oc þo leyniliga: Sidan geck Sveinn Konungr ut med þeim. hann geck i hus eitt, oc byrgdi ſik þar; en Þettleifr oc Toli Hemingſſon oc Yngvarr Kveiſa, oc adrir virkta menn Sveins Konungs, ſnoru þa aptr til herbergiſſins, þar er þeir Valldimarr Konungr ſatu fyrir, oc Knutr Konungr. Valldimarr Konungr lek at ſkak-tafli vid annan mann, en Knutr Konungr ſat i pallinum hia honum. Ok er þeir Þettleifr gengu i dyrnar, laut Knutr konungr til Valldimars kon-ungs, oc kyſti hann. Valldimarr konungr ſa eigi af taflinu, oc ſpurdi, hvi ertu nu ſva blidr magr? Knutr Konungr ſvaradi, vita muntu þat bratt. Sveins menn þuſtu þa inn hverr ad ödrum, oc allir al-vapnadir, þeir brugdu þegar ſverdunum. En er Valldimarr konungr ſa þat, hliop hann upp, oc vafdi ſkickiunni um hönd ſer, er hann hafdi yfir ſer; þviat þeir voru vapnlauſir inni, þviat engi viſſi o-fridar van. Valldimarr Konungr hliop upp, oc fram a golfid fyrſt allra manna ſinna. hann ſtikladi ſva hart upp a Þettleif, at þeir fellu badir utar fyrir dyrnar. þa hio Toli Hemingſſon til Valdimars Konungs, oc kom þat högg a lærid, oc var þat ſvodu-ſar, oc ecki hættligt; hann vard oc ſarr a þumal-fingri: Oc er menn Valldimars Konungs ſá, at hann var fallinn, þá lögduz þeir a hann ofan, oc voru þar ſaxadir; en Valldimarr Konungr komz vid þetta undan. Þa komz Þettleifr a fætr, oc hio þegar öfgri hendi til Knutz konungs, oc vard þat högg ſva mikid, at hann klauf allt höfudit til hals, oc var þat hans bana ſar. annarr madr veitti oc Knuti Konungi averka, ſa er Hialm-ſvidarr het. Knutr konungr fell i einn ſkor-ſtein, ſegia Danir hann helgann.

CXV.

CAP. CXIV.
De Dolis.

Postera die reges in eodem triclinio genio & poculis indulgebant. Svenonis interim comites varia ludorum certamina sub dio instituunt, ad quæ spectanda multitudo ex hospitiis sub vesperam confluens ludorum spectacula poculis præferebat, adeo ut triclinium, in quo reges accumbebant, pene a convivis vacaret. Inter hæc ex comitatu Svenonis Thetlevus Edlari filius, cum nonnullis aliis triclinium intrans, Svenoni innuit. Is extemplo surgens paululum cum illis collocutus, idque secreto, triclinio una cum iisdem exiens, adjacentem quandam domum ingreditur; cui fores occludit. Thetleifus vero una cum Tolone Hemingæo, nec non Yngvaro Kveisa *pluribusque aliis Svenonis amicis ad triclinium, ubi Valdemarus & Cnutus remanserant, mox revertitur. Tunc forte Valdemarus cum alio quodam latrunculis ludebat, Cnuto assidente, cum Thetleifus suorum turba comitatus intrabat. Quem conspiciens Cnutus, cervice versus Valdemarum paululum inclinata, eundem deosculatur. Is vero lusui, cui vacabat, oppido intentus, nihil eorum quæ gerebantur advertebat, satis habens interrogasse Cnutum, quid hoc tempore istud ab affine sibi velit blandimentum? cui ille, causam in aperto illico fore, subjicit. Vix hoc dixerat, cum Svenonis milites armis instructi in triclinium irruunt, ensesque vibrant. Eorum tumultu perturbatus Valdemarus atque ocyus sede exsiliens, manum toga, quam gestabat, obvolutam sicariorum ictibus objecit; inermes enim socii reges cum suis aderant, nihil mali metuentes. Atque primus omnium Valdemarus hostibus se immiscens tanta vehementia in Thetleifum irruit, ut eodem impulsu uterque domo exturbatus in terram procideret. Proximus Tolo Hemingæus Valdemarum gladio adortus, femur ipsi valido ictu percussit, inflicto vulnere magis grandi quam periculoso, quo & pollicem ejus læsit. Quem ut satellites sui saucium collapsumque vident, protinus ei se pronos imposuerunt, ibique crebris ictibus concisi fuerunt, ita ut eorum beneficio Valdemarus sospes evaderet. Tum Thetleifus iterum in pedes se erigens, regem Cnutum stricto ense aggreditur, ictuque aversa manu validissime impacto caput ei usque ad collum diffidit, qua etiam ille plaga peremptus. Huic & alter superveniens, Hialmsvidarus nomine, regis corpus etiam novo vulnere confodit, qui tunc animam agens, in focum delapsus jacuit. Huic regi a Danis inter sanctos locus datur.*

CXV. CAP.

En Abſalon, er ſidan var Erkibyſkup, hafdi eigi verid i herberginu, þa er þeſſi tidendi urdu, en hann var madr Valldimars Konungs, oc honum kæraztr allra manna. Abſalon var allra manna hvataztr oc vapn-diarfaſtr. En er þeſſi tidendi ſpurduz, þa leitadi hverr ſer hæliſſ þangat ſem vænazt þotti, þeirra manna, er verid höfdu med þeim Konungunum; þviat þat var fyrſt ætlun manna, at Konungarnir hefdi latiz. Abſalon villdi eigi undan leita; þviat hann hugdi at Valldimarr Konungr væri fallinn, en hann villdi eigi vid hann ſkilia. hann geck þa inn i herbergid. voru þeir þettleifr þa i brottu; oc villdi hann vita, ef hann fyndi nockud konunginn Valldimar, annadhvart lifs eda daudan, en Valldimarr Konungr var þa i brottu. hann tok þa ſkinn ſin, er hann hafdi á herdum ſer, oc lagdi undir höfud Knuti Konungi, þar ſem hann la á golfinu, oc ſpurdi ef Konungr væri lif-vænn, oc ſagdi at hann matti þa undan komaz; en hann matti þa ecki mæla, oc andadiz i kniom honum. Conſtanntin het einn rikr madr af lidi þeirra Valldimars Konungs oc Knutz Konungs, hann var þar inni i herberginu. hann bad Abſalon hialpa ſer, ef hann mætti. Abſalon ſvarar: hvat ma ek þer hialpa meirr en þu mer. Þa bad Abſalon Conſtanntin ganga til þeirra dyranna, er ecki var folkid fyrir uti, oc ſkolu vid nu ganga ut iafnſnemma. ſva giördu þeir, oc geck Abſalon þar ut, ſem fleſtir voru menn fyrir Sveins Konungs, oc ſtodu allir med brugdnum ſverdum fyrir dyrunum, oc ætludu at drepa hann; en Asley frændi hans var þar uti fyrir, oc er hann kenndi hann, þa mællti hann, at iafnſkiott ſem nockurir giördi honum grand, kvetz hann þann ſkylldu höggva. hann var madr Sveins Konungs, og komz Abſalon i bröt vid þetta. Þeir þetleifr þektu er Conſtantin hliop ut, oc þeir foru þegar eptir honum oc drapu hann. Petr Þenia het ſa madr, er at meſtu lidi kom Valldimar Konungi, eptir lif-lat Knutz Konungs. hann feck þeim heſta, oc ridu þeir til Ramſiovar, oc var Abſalon þar fyrir, oc Petr magr hans, oc vard þar enn meſti fagna fundr. Ridu þeir þadan allir ſamt til Bua-þorps, oc funndu þar enn nockura ſina menn. Þadan ridu þeir til Freysmoſa. þar kom i moti þeim Asbiörn Snara brodir Abſalons, oc tok hann all-vel vid þeim, oc baud þeim ſtyrk ſlikan, ſem hann matti veita þeim, hann feck þeim ſkip ad Vikinga vödum, oc foru þeir þar yfir ſundid, oc fengu allmikinn ſtorm, oc komuz þo med heilu til landz; en þat ſama kvelld foruz DC. Vında ſkip vid Joluholma (*).

CXVI.

(*) *al. Jolholma.*

CAP. CXV.

Dum hæc gerebantur, non aderat in triclinio Absalon, is, qvi postea ad archiepiscopi dignitatem evectus fuit. Fuit ille tunc comitum Valdemari unus, in amicitia ejus jam tum primus: vir incredibili virtute & fortitudine, corporis agilitate & armorum usu omnes antecellens. Dum vero ceteri sociorum regum amici, ac stipatores, persvasi utrumqve regem in ea clade cecidisse, conabantur furori hostium se subtrahere, vitamqve in tuto collocare, solus Absalon noluit saluti suæ consulere, qvin etiam a rege Valdemaro, etiamsi mortuum credebat, dijungi recusavit. Igitur triclinium cædibus cruentum intrat, Thetleifocum suis tunc digresso, exploraturus, siqva regem suum posset vel vivum vel mortuum reperire. At vero Valdemarus inde jam discesserat. Cumqve heic Absolon Cnutum humi procumbentem conspiceret, amictum pelliceum, detractum suis humeris, cervici jacentis supposuit, interrogavitqve num adhuc aliqvod sibi crederet ad spem vivendi signum superesse? addens, modo ad fugam vires suppeterent, esse qvidem viam elabendi nunc apertam. Sed Cnutus, jam lingvæ usu destitutus, atqve gremio Absalonis incumbens, animam fere eodem momento efflavit. Hoc pietatis officio in morientem regem vix defunctus erat Absalon, cum ipsum adiret Constantinus qvidam, vir magni nominis inter eos, qvi Valdemari Cnutiqve partibus studebant, fidem ejus implorans, utqve sibi in tanto periculo subveniret, rogans, cui Absalon respondit, haud majus ei a se posse auxilium, qvam ab illo sibi expectari; Jussit interim, istas ad fores, ut qvæ a nullis militibus servarentur, se conferret, per qvas forte fortuna exitus pateret, exeamusqve, inqvit, ambo simul. qvod ita factum. Absalon contra per illam atrii egressus est portam, qvam plurimi Svenonis milites strictis gladiis obsidebant. Hi egredientem opprimere conantur; idqve præstiterant, absqve Asleyo qvodam cognato fuisset, inter satellitum globos eidem portæ adstante. Qvi ubi Absalonem cognovit, minatur, qvicumqve in Absalonem qvid tentarit, protinus sua dextra perimendum fore. Asleyus iste regis Svenonis miles erat. Atqve hoc modo necem effugit Absalon. Procurrentem deinde atqve exitum qværentem Constantinum Thetleifus cognovit, qvi cum suis miserum assecutus, obtruncavit. Petrus Thenia *vir qvidam nomine fuit, qvi regi Valdemaro post mortem regis Cnuti maximum auxilium tulit. Hic eqvos iis suppeditavit, qvibus Ramsöum vehebantur. Eo Absalon prior venerat, cum affine suo Petro. Qvi qvod ibi convenissent, mutuo gaudio perfusi sunt. Inde omnes Buathorpium eqvis advehuntur, ubi in nonnullos itidem comitum suorum incidunt. Hinc Freysmosam tendunt: eoqve loco obvium habent Asbiornonem* Snaram, *fratrem Absalonis: qvi humaniter exceptis auxilii qvicqvid poterat, ultro obtulit. Naves idem ad vada Vikingensia tradidit, qveis fretum trajecerunt: Sed non absqve periculo, propter ventorum & tempestatis vehementiam: qvam tandem eluctati, ad littus sospites appulerunt. Hac eadem vespera sexcentæ Vandalorum naves ad insulam Jolæholmiam periere.*

CXVI. CAP.
Fra Valldimari Konungi.

1156. Valldimarr Konungr var nu kominn til Jotlandz, oc kærdi sin vandrædi a Vebiarga þingi, oc þat mord er Sveinn Konungr hafdi giört a Knuti Konungi. hann syndi þar oc sar sin, at honum var slikr kostr ætladr, ef eigi hefdi gud bannad. hann krafdi ser lids, oc tiadi mönnum hver naudsyn honum var a höndum; enn allr lydr hliop upp med kalli, oc sögduz allir honum fylgia vilia, oc töldu þetta ed versta verk, sem var, er Sveinn Konungr hafdi vinna latid. Sidan baud Valldimarr Konungr ut leidangri, oc hafdi mikid lid. hann let þa skipin, oc safnadi þa lidi á lanndi. Sveinn Konungr for þa til Vebiarga, oc bad ser þar lids, oc ætladi hann at taka þar Valldimar Konung höndum, en hann var þa i Ranndar osi, oc beid þar lids sins. Þa reid Asbiörn Snara eptir Sveins mönnum, er hann fretti til ferda þeirra, oc mætti þeim er undan-ridu, oc tok af þeim þriggia manna vapn; en dreingirnir komuz undan, oc fundu Svein konung vid Kornungar, oc sögdu honum lat sitt, oc kölluduz elltir hafa verid, oc komiz nauduliga undan. Konungr let illa yfir þvi, oc dvaldiz þar þa nott, oc a-mælldi miök monnum sinum, sagdi at þeir þyrdi öngra skamma at reka, þott þeir væri bardir eda elltir, oc kvez þar vannda menn á mat ala er þeir varu. Asbiorn Snara reid a fund Valldimars Konuugs, oc sagdi honum at Sveinn konungr la vid Kornung. Valldimarr Konungr for þa yfir Randar oss bru, oc villdi þa enn eigi beriaz; þviat hann beid þa enn lids þess, er honum var van til sin; en er Sveinn konungr kom til Randar oss, þa hafdi Valldimarr Konungr latid skiota af brunni, oc matti þa eigi yfir ana komaz, oc vard þvi ecki af orrostunni.

CXVII. CAP.

Þetta ed sama haust, eptir Mikials messu; kom Valldimarr konungr lidi sinu þar, sem heitir (*) Gradar heidr. þat er skamt sudr fra Ve-biorgum: vissi hann þa at Sveins Konungs var þangat van med micklu her-lidi, oc bratt mundi fundr þeirra verda med einshveriu moti. hafdi þa hvartveggi fritt lid oc mikid. Valldimarr konungr tok þeim orrostu stad, oc slungu þar land-tiölldum sinum. Eptir þat snæddu menn, oc hvilldu sik, oc lagdiz Valldimarr Kon-

(*) *al.* Grandarheidr.

CAP. CXVI.
De rege Valdemaro.

Delatus jam in Jutiam Valdemarus, continuo petit Viburgum; ubi in publicis comitiis de illatis sibi injuriis deqve nefando homicidio conqveritur, qvod in Cnutum regem Sveno patraverat. Vulnera simul sua ostendit, qvæ satis arguebant, ipsius capiti infortunium idem imminuisse, ni Deus opt. max. averruncasset. Auxilium flagitat, paucisqve exponit, qvorum sibi inpræsens maxime usus fuerit. Ejus oratione non magis, qvam conspectu, commota multitudo, conclamat uno ore, se summa voluntate, qvo ducat, secuturos, facinorosissimi regis Svenonis infandum scelus, ut par erat, detestantes. Ita civium erga se animis exploratis, milites Valdemarus provinciis imperat, ingentesqve copias corradit. Mox, navibus relictis, exercitum suum conqvisitis undiqve auxiliis adauget. Interea temporis Sveno, sui minime securus, Viburgum festinat, ac solicitatis ad auxilium incolis Valdemaro manus injicere meditatur. Is tunc temporis Randerosii exspectabat, dum, qvos imperarat, milites in unum locum convenissent. Audito Svenonem adventare, exploratoqve militum ejus itinere, Asbiornus Snara eosdem insecutus, aliqvos, ex primo qvod occurrebat agmine, eqvites adoritur. Horum tres armis denudat, lixis evadentibus, & ad Svenonem regem tunc prope Kornungam stantem cladis fugæqve nuntium afferentibus. Indignatus ille graviter, per noctem eodem in loco substitit, militibusqve suis timiditatem objecit, aptos natos dicens ad qvamvis contumeliam, verbera etiam perferenda; qui qvavis oborta formidine, fugam caperent, indignosqve, qvibus alimenta ulterius præberentur. Verum Asbiornus Snara Valdemarum adit, ac de stativis Svenonis ad Kornungam edocet. Qvi accepto hoc nuntio, pontem Randerosanum trajecit, manum tamen noluit conserere, nondum congregatis, qvas præstolabatur, copiis Qvo cum etiam Sveno seqveretur, Valdemarus pontem rescindi jussit, ut ita & transitus omnis & certaminis occasio præscinderetur.

CAP. CXVII.

Adulto jam autumno, post diem Michaëli archangelo sacrum, Valdemarus, exercitu suo instructus, in campum, Gradarheider nuncupatum, movit. Is campus non procul Viburgo, meridiem versus, distat. Cognoverat nempe Svenonem cum numerosissimis copiis eodem properare, tempusqve conflictus imminere, de cujus eventu perqvam erát solicitus. Atqve utrinqve fore magno numero magnisqve animis congrediendum, deqve imperio decertandum prævidebat. Itaqve designato instruendæ aciei loco castra metari ac tento-

Konungr til svefns; Ok er hann var sofnadr, dreymdi hann: hann þottiz sia enn helga Knut Lavard födur sinn, oc mællti vid hann: her liggr þu son minn, sagdi hann, oc ert miök ottafullr um skipti yckur Sveins konungs, hvern veg fara munu. ver hraustr enn, sagdi hann; þviat þu hefir god mala efni i yckrum deilum, hygg at nu vandliga, hvad ek segi þer, son minn, þviat þetta er ecki fals, er fyrir þik berr: þa er þu vaknar, muntu sia hvar hrafn einn flygr, oc þat skaltu vandliga hugsa hvarr hann sez; þviat þar skalltu skipa fylking þina sem rafninn nemr stad, oc mun gud þer sigr gefa.

CXIIX. CAP.

Eptir þetta vaknar Valldimarr Konungr, oc stod up, oc hugsadi draum sinn. hann sa hvar hrafn einn flaug, sva sem honum hafdi verid tilvisat. Sidan skipadi Valldimarr Konungr þar her-mönnum sinum, ok setti þar fylking sina, oc biotz til orrostu. Þa sa þeir oc hvar for lid Sveins Konungs, hann hafdi þa oc mikid lid, oc sotti þangat a heidina til þeirra, oc fylkti hann oc sinu lidi. Ripa Ulfr bar merki fyrir Sveini Konungi. Ok er þeir voru bunir til bardaga, þa æptu hvarir-tveggiu her-op. Eptir þat gengu saman fylkingar, oc tokz þar bardagi, oc vard hörd orrosta, oc löng. var þat lengi at o-synt var hvarir sigr mundi fa. Valldimarr Konungr var a hesti, oc bardiz alldiarfliga. hann reid þar ad med mickla sveit manna, er fyrir var merki Sveins Konungs, oc vard þar allhörd orrosta, adr Ripa Ulfr fell, oc merkid vard nidr-höggvid. Eptir þat kom flotti i lid Sveins Konungs, en fiöldi fell þar a vig-vellinum. Sveinn Konungr reid unndan, oc skipti buningi vid Klerk einn, oc feck honum hestinn oc vapnin, oc bad hann rida undan sem mætti hann, oc hestrinn gæti farid, en Konungrinn dvaldiz eptir oc vard fanginn i runni einum. Petr Þenia kendi hann oc mællti, hvi fari þer nu sva lagt Herra? þa hliop at Gvenmarr (*a*) Ketilsson oc drap hann, oc fell þar Sveinn Konungr Svidandi. I þessi orrostu fell Yngvarr Kvesa, er drepid hafdi Plog Svarta. Eptir þat let Valldimarr Konungr taka Þettleif Edlarsson, oc briota i hioli. þat sagdi Atli Sveinsson, at hann sæi meidingar mannz þess. hann var þar þa i Danmörk.

CXIX. CAP.

Eptir orrostu þessa þa feck Valldimarr Konungr ein-valld yfir öllu Dana velldi. var þat þa giört med radi allra landz höfdingia. hann

(*a*) Arnfastus Gnæmersun, *non vero* Guæmersun, *exstat in una inter literas Clarenses, qvam Petrus Erresun exaravit, sine anno, sed circa* 1267. A.M.

ria figi jubet. Qveis peractis reficere cibo ac qviete corpora militibus permittit. Ipse vero fatigatus, somno se tradit. Qvo sopitus, videre sibi visus est Sanctum Cnutum Lavardum, *parentem suum, his verbis sese compellantem:*
„ Hic jaces, mi fili , de bello contra Svenonem gerendo valde anxius, cujus
„ eventus te solicitum habet. Tu vero macte animi esto, bellumqve pro opti-
„ ma causa susceptum fortiter gere. Saltem ad ea animum adverte, qvæ
„ monebo, moremqve dictis gere. Noli enim qvod audis, qvodqve vides, pro
„ somnio habere mero, aut inani visione, qva ludificeris. Experrectus, cor-
„ vum videbis volitantem: Edico igitur, ut locum, qvo iste consederit, diligen-
„ ter observes: hic tibi aciei ordinandæ index esto. Hisce obtemperando vi-
„ ctoriam, auctore Deo, certam reportabis„.

CAP. CXIIX.

Expergefacto Valdemaro, somniiqve recordanti, corvus, sicuti a parente per qvietem indicatum, volans apparuit. Itaqve ille haud cunctatus, acie ibidem instituta, ad prælium se paravit. Id ipsum pariter Sveno aggreditur, signaqve contra hostem obverti, aciemqve in collem adversum jubet erigi. Vexillum Svenonis Ulfo Ripensis *ferebat. Omnibus ad concurrendum paratis, classicum canitur, atqve incondito utrinqve clamore sublato, pila pilis minantia torqventur: miscentur acies, magnaqve utrinqve virium contentione pugnatur, incerto Marte, victoriaqve diu ancipiti. Ipse Valdemarus ex eqvo pugnans, magnanimi ac strenui ducis exemplo suis præit, confertisqve turmis impetum facit in vexillum Svenonis. Heic acerrime dimicatum, anteqvam caderet Ulfo* Ripensis, *hastaqve vexillum sustinens secaretur. At hoc facto, perculsi Svenoniani terga vertunt, ac immanis strages editur. Inter fugientes Sveno rex eqvo evasit, atqve postea cum clerico qvodam habitum commutavit, cui insuper arma sua & eqvum tradidit, obtestatus, fugam qvanta posset celeritate maturaret. Ipse interim in virgulto latebras qværens tandem capitur, atqve a Petro* Thenia *agnitus, rogatusqve, ecqvid præter morem tam plebeja veste utatur, anteqvam qvid respondeat, a superveniente qvodam Guenmaro Chetilli filio obtruncatur. Et hac qvidem via ad fatum suum, urens sane illud, Sveno* Urens *pervenit. Eodem prælio interiit Yngvarus* Kveisa, *is qvi Plogum qvondam* Nigrum *occiderat. Thetleisum vero Edlari filium Valdemarus comprehendi jussit; in qvem, rota fractis brachiis cruribusqve, exqvisitissimum exemplum edi placuit. Istius supplicii oculatum se testem fuisse prodidit Atlo Svenonides, qvi tunc temporis in Dania commorabatur.*

CAP. CXIX.

Hoc prælio non minus feliciter qvam gloriose defunctus Valdemarus, imperio totius Daniæ, conspirantibus cunctorum procerum suffragiis poti-

 tur

hann var enn vinſælaſti Konungr. þa voru. IX. vetr lidnir fra and-
1156. lati Eiriks konungs ens Spaka, en einn vetr fra drapi Knutz Kon-
ungs Magnus ſonar. I þenna tima andadiz Ozurr byſkup i Rois kelldu,
enn Abſalon brodir Asbiarnar Snöru var vigdr til byſkups i ſtad hans;
1157. þviat Abſalon var enn bezti Klerkr, oc vitr madr, oc vard hann ſid-
an enn meſti höfdingi. Valldimarr Konungr ſendi ord um allt land
1157. ſitt, en næſta vetr eptir orroſtu a Gradar heidi, at leidangr ſkal uti
de his vera at vari, oc hann ætlar at fara til Vindlandz, at kriſtna lanndit,
Saxo ef Gud vill þeſſ audit lata verda. Til þeſſar ferdar reduz med Kon-
pro- unginum margir höfdingiar. þar var enn fyrſti madr Aſkell Erki-
lixe lib. 14 Byſkup, oc Abſalon Byſkup af Rois kelldu, er meſtr her-madr hefir
p. 283 fæddr verid einn-hverr i Dana velldi. þar var Kriſtophorus ſon Vall-
dimars Konungs, Gvenmarr Ketilſſon, Petr þenia, Asbiörn Snara
brodir Abſalons Byſkups, oc Ingimarr. þeſſi herr kom allr ſaman
unndir ey þeirri er Mön heitir, ſudr fra Siolandi. þar fengu þeir and-
vidri mikid, oc lagu þvi þar til þeſſ, eigi var meirr eptir enn vij. natta-
viſt öllum hernum. þa kalladi Valldimarr Konungr ſaman rad-
giafa ſina, oc leitadi rads vid þa, hvad up ſkal taka. Abſalon byſkup
ſvaradi rædu hans: I gær var færi-vedr, oc ſva hinn fyrra dag var
fullgott vedr at fara, oc lagut þer þa, oc villdut hvergi fara; en ef
þer ſkulut kyrrir vera, þa færter, edr fara þa at eins, er ydr þyckir
blidaz, þa er ydur ecki hent i ſlikum ſtarfa at vera, oc er þa at ſnua
heim leidangri þeſſum. Konungr reiddiz vid þetta fryiuord, oc ſagdi
ſva, at eigi ſkal hann aptr ſnua, medan hann fær viſt til at fæda her-
inn. Um morgininn eptir ſagdi Konungr, at i brott ſkylldi leggia:
reyru þeir þa allmikinn ſtorm, oc var Konungr a ſkeid med Aſkeli
Saxo Erkibyſkupi, oc loſnadi hon i ſundr i ſtorminum; en Valldimarr Kon-
p. 286 ungr fleygdi ſer a ſkip Ingimars, oc med ſverdi oc merki, oc þotti
þat allvel farit. þar vard borgit mönnum, en fe tyndiz. þeir foru til
(*a*) Hedinſeyiar. þa geck Konungr a ſkip Abſalons byſkups, oc lagdiz
nidr oc ſvaf, en (*b*) Gvenmarr Ketilſſon ſendi hann a nioſn um kvelldit
til landz, oc feck hann tekit nioſnarmenn Vinda: for ſidan aptr, oc
mætti Konungi ſudr fra Hedins ey, þar a firdinum: Gvenmarr ſagdi
Saxo konungi, at hann hafdi nad nioſnar-mönnum Vinda. Sidan toku
p. 287 þeir Vind-land, oc var þar moda ein. þeir ſkiptu lidinu til land-göngo,
For Konungr upp ödrum-megin arinnar, en Abſalon Byſkup od-
rum megin, oc viſſu hvarigir til annarra: brendu þeir þa bygdir vida,
1158. hvarum tveggia megin arinnar, oc foru ſva til ſkipa ſinna, oc hlodu
lx.

(*a*) *Saxo inſulam* Hythim *appellat*. (*b*) Guemar, *Saxoni* Gnemerus Falſtricus *pag.* 287. *Thorm.*

tur ſolus. Isqve civium animos ſibi brevi conciliavit. Effluxerant tunc ab obitu Erici Manſveti *novem anni, a cæde vero Cnuti Magni filii una hyems. Sub idem tempus ſupremum diem obiit Aſſerus Roëskildenſium epiſcopus, in cujus locum Abſalon frater Asbiorni* Snaræ *ſuffectus eſt, vir non toga minus qvam ſago illuſtris, & qvi præclaris facinoribus nominis immortalitatem adeptus eſt. Proximo a pugna Gradarheidenſi anno, Valdemarus univerſo regno indici per præcones jubet expeditionem in Vandalos primo vere ſuſcipiendam: Qvippe hos Chriſti regno non minus qvam ſuæ ditioni adqvirere, Deo favente, conſtituerat. Ad hanc expeditionem comites ſe regi offerebant proceres ingenti numero. Qvorum primus erat Æſchillus archiepiſcopus. Eum ſeqvebatur Abſolon Roëskildenſis epiſcopus, vir intra Danici regni fines maxima bellicarum rerum ſcientia præditus. Præter iſtos aderat ipſius regis filius Chriſtophorus, una cum Gvenmaro Ketilli filio, nec non Petro* Thenia, *atqve Asbiorno* Snara, *fratre Abſalonis epiſcopi, ut & Ingimaro. Exercitus omnis ad inſulam Monam, qvæ auſtrali Sælandiæ littori adjacet, congregatur. Hic vento adverſo detinebatur, usqve eo ut haud ultra unius hebdomadæ annonam ad alendos milites ſuppeteret. Ad qvam difficultatem redactus Valdemarus, coacto concilio, deliberat qvid ſuſcipiendum. Abſalon epiſcopus ſermonem ejus excipit, hæc profatus: „Heri nullum a vento impedimentum „fuit, minusqve nudius tertius: qvam tamen commoditatem ſecure neglexi„ſtis. Qvod ſi ita, vento operam dante, premere velitis portum, neqve cum poſ„ſitis curſum proſeqvi, niſi qvando omnia in expedito ſint, ego vos laribus cu„ſtodiendis qvam glorioſis bellis obeundis aptiores exiſtimo, longeqve ſatius duco „claſſem ſubducere, qvam procraſtinata indies navigatione ad anchoras hærere„. Rex liberiore hac reprehenſione offenſus, pronuntiavit ſe claſſem neutiqvam ſubducturum, dum commeatus claſſiariis ſuppeteret. Poſtero die, imperata navigatione claſſem procinctam jubet ſolutis anchoris vela dare, ſed vento curſum haud ferente, remis incumbendum fuit. Ipſe rex communi navi cum Æskillo archiepiſcopo vehebatur, qva procellarum violentia luxata, rimisqve fatiſcente, gladium vexillumqve corripiens, in navim Ingimari inſilit: qvi ſaltus non proſper minus, qvam intrepidus ſummam admirationem habuit. Ex hoc naufragio claſſiarii omnes ſalvi evaſere, demerſa pecunia. Demum claſſis ad inſulam Hedini defertur, ubi rex, conſcenſo Abſalonis navigio, fatigatum mari corpus qvieti tradit, expoſito in terram ſub veſperam Gvenmaro Ketilli filio, res hoſtium ut exploret. Hic interceptis Vandalorum ſpeculatoribus, vela retro facit, pergens ad regem, cui in ſinu auſtrali dictæ inſulæ occurrit, deqve captivis ſuis refert. Hinc ad oram Vandaliæ curſum dirigunt, propter oſtium fluvii cujusdam: ubi exercitus ad exſcenſum faciendum diſponitur. Unam fluminis ripam ipſe rex cum ſuis occupat, alteram Abſalon epiſcopus. Inde, oppoſitis itineribus, regionem ingrediuntur,*

Ooo neu-

lx. ſkipa af fe, er þeir höfdu fengit ad herfangi. Eptir þat for Valldimarr Konungr heim i riki ſitt, oc ſat heima þann vetr eptir. En um varit ſendi Ingi Konungr af Noregi, Valldimar Konungi dreka einn fridan. Þat ſumar for Valldimarr Konungr enn til Vindlandz, oc i þeirri ferd leſti hann drekann; en Konungr for upp ad Gud-akrs-á, oc atti þar orroſtu vid Vinda höfdingia þann er Miuklatr het. Fridleifr het ſon hanns. hann vard fanginn af Dönum i hinum fyrra leidangri, oc var hann nu med Konungi, oc var kriſtinn. Þeir börduz vid borg þa, er Urk heitir. Valdimarr konungr feck þar ſigr, en Miuklatr flydi, oc fell ſidan. Danir toku höfud hans, oc ſtegldu vid tre eitt þar hia borginni. For Valldimarr Konungr þa til ſkipa ſinna. Þa ſpurdi hann, hverr höfdingia hefdi hrauſtleik til at rida i Brunsvik, oc bera eyrendi ſitt til Heinreks Hertuga, ſonar Konrads Keiſara. hann atti dottur Heinreks Engla Konungs, oc voru þeirra ſynir Otto Keiſari oc Heinrekr Valldzgreifi, oc Vilhialmr Digri: en Geirþrudr dottir. Þeirrar ferdar voru menn u-fuſir; þviat þar vard til at fara um Vindland, i hendr fiand-mönnum ſinum. Abſalon Byſkup baud Konungi at fara þeſſa ferd. Konungr iatar þvi. Byſkup for vid lx. manna, oc Fridleifr Miuklatzſon med hönum til leidſagnar. Þeir rida nu þar hia borginni, er höfud Miuklatz var a ſtaurinum. Þa felldi Fridleifr tar, er hann ſa þat, oc ſagdi, at honum væri þeſſ van, at ſva tækiz, er hann villdi eigi ſönum gudi þiona. Þeir komu þa til Heinreks Hertuga, og var þeim þar vel fagnad. dvölduz þeir þar um ſtund, oc luku eyrendum ſinum; oc er þeir foro i brott, baud Hertuginn þeim lid til fylgdar. Byſkup kvad eigi mundu þeſſ þurfa: ridu þeir af Brunſvik ſnemma dags, oc voru allir herklæddir. þeir ridu ſva fram um völlu nockura. Þeir hofdu grun á, at lid-ſafnadr mundi vera um bygdina. Þa mællti Fridleifr, oc ſagdi, at þar hefdi fadir hans verit drepinn, oc ef þier verdit teknir, þa farit þer Danir ſlika för, ſem þer letud hann fara, oc er þat nu hverium manni bezt, at ſelia ſik ſem dyraz. Byſkup þackadi honum ſin ord, oc ſagdi ſlikt mællt drengiliga. Þeir ridu um bygdina kvedandi um daginn, oc letu eigi miök finna a ſer otta. Enn ſem landz menn ſau ferd þeirra, hugdu þeir at Hertugans menn væri, er ſva ridu gladliga. komu þeir Byſkup til ſkipa med heilu oc hölldnu. ſat Valldimarr Konungr þa, oc las pſalltara. oc vard feginn byſkupi oc hans mönnum.

Saxo p 247 hæc late perſeqvitur.

CXX.

neutri alterius itinere explorato. Incensis vero ex utraqve fluminis parte incolarum domiciliis, magnam prædæ & manubiarum vim reportant, qvibus sexaginta naves onerantur. Confecta expeditione, Valdemarus domum redux, seqventem hyemem domi transegit. Proximo vere Ingo Norvegorum rex Valdemaro navem, egregium draconem, (est hæc navis species, prora & puppi, caput & caudam draconis referens) dono misit. Aestate autem Valdemarus Vandaliam invasit altera expeditione: in qva draco, cujus jam meminimus, luxatus fuit. Rex Gudakrensi fluvio invectus, cum Vandalorum duce nomine Miuklato, conflixit. Huic Miuklato filius nomine Fridleifus erat, in priori bello a Danis captus, qvi sacris Christianorum initiatus, sub sacramento Valdemari militabat. Prælium istud ad Urkam urbem commissum fuit: exqve eodem victoriam Valdemarus reportavit. Miuklatus in fuga occisus: cujus caput amputatum atqve in hastili præfixum propter urbem Dani exposuere. Valdemarus ad classem reversus interrogat, ecqvis commilitonum tam fortis intrepidiqve sit animi, ut sua audeat mandata ad Henricum Brunsvici ducem, Conradi imperatoris filium, perferre? Henricus iste Anglorum regis filiam duxerat, ex qva prolem sustulerat Ottonem, postea imperatorem, Henricum comitem Palatinum, Vilhelmum Crassum, & filiam Gertrudem. Plerisqve autem tam periculosum iter detrectantibus, qvippe qvod per hosticum faciendum erat, nulla, nisi per Vandaliam via patente, operam suam Absalon ultro obtulit: qvo delectatus rex mandata expedit. Et episcopus sexaginta viris comitatus Fridleifoqve itineris duce, viam ingreditur. Cumqve urbem, ad qvam Miuklati caput hasta sustinebat, præterirent, Fridleifus funesto spectaculo perculsus lacrymas effudit: memor tamen nominis, qvod ipsemet Christo dederat, hanc forti animo emisit vocem: aliud expectari fatum iis non posse, qvi verum Deum colere recusarent. Emensi tandem iter, a duce benigne excipiuntur; expositisqve mandatis, aliqvam apud ipsum moram faciunt. Discedentibus Henricus præsidia itineris, qvo tutiorem habeant reditum, offert, de qvibus tamen episcopus gratiam ei facit. Summo mane Brunsvico egrediuntur, bene omnes armati. Verum dum per campos qvosdam obeqvitant, suspicantur armatam in vicis proximis manum congregari. Tum Fridleifus, animos sociorum erecturus, monet, eo ipsos loci pervenisse, qvo pater illius interfectus sit, atqve si ab incolis capiantur, nullum dubium esse, qvin ad necem ejus expiandam idem sint supplicium subituri: Igitur consultum sibi videri, ut magnis animis junctisqve viribus periculum imminens propulsent. Episcopus, laudata amplissimis verbis Fridleifi virtute, gratias ei agit, cunctiqve deinde per vicos isto die, intrepidi & cantantes, eqvitant, nullo vel minimo timoris signo dato. Qvos incolæ tanta cum fiducia iter facientes conspicati, famulos esse ducis sui autumabant. Hocqve strategemate usus cum suis episcopus, salvus & sospes ad classem rediit. Sedebat tum forte Valdemarus lectioni hymnorum Davidicorum intentus, qvi de prospero suorum reditu admodum lætabatur.

CXX. CAP.

Um morgininn ſilgdi Konungr auſtr fyrir Vind-land til Svolldrar, þar lagu fyrir Vindr med miklu lidi. þeir flydu þegar er þeir ſau ſegl (*a*) Dana. Konungr lagdizt þa vid byr. Konungr ſendi Kriſtophorum ſon ſinn, til at brenna heradit a Vindlandi, er (*b*) Valung heitir, oc bad þa eigi fyrr upp-rida, en allr herrinn kvæmi upp i landit. þeir Kriſtophorus voru helldr fliotir i brennuni; oc er Vindr ſau brennuna, þeir er a ſkipunum voru, oc adr höfdu fluit, reru þeir ſem ſkiotaz til, oc ætludu at koma a u-vart Dönum, oc i þvi ſau þeir hvar Valldimarr Konungr för med ſumann herinn: viku þeir þa enn undan ſem ſkiotaz, ſva at Danir gatu eigi farid (*c*) þá. lögdu Danir ſidan til hafnar, oc tiölldudu: oc er tialldad var Konungs ſkipit, kom þar Eſkell Erki-byſkup, oc ſagdi ſva: All-tid-virkir eru þer Danir, er þeir grafa þa fyrr en þeir ero daudir. „Konungr ſpyrr, hvi hann mællti ſva? Erki-byſkup ſvarar: þviat ek ſe, at ver liggium her lengi um eyar oc ut-ſker, adr ver vinnim her jafn-mikinn ſigr, ſem ver letum i þeſſu brad-rædi, oc fylgir ſialldan rad raſi„. Sidan foru þeir til ſkipa, af a-eggian Erki-byſkups, oc roru yfir modu nockura, er þar var: oc hleyptu þar upp á land heſtum, oc brendu þar allt fylki, þat er þar liggr fyrir ofan Strælu, oc lagu þar um nottina; en um morgininn eptir foru þeir a Falongi, oc brendu heradit, oc ætludu heim eptir þat. En a enni næſtu nott eptir, komu (*d*) Rænngiar eptir þeim vid Masnes. þeir byggia þat herad i Vindlandi er Re heitir. þat er mikid herad oc riki. Domaburr het höfdingi þeirra. hann taladi umm ſættir vid Dani; en Erkibyſkup beiddi þa ganga til hannda Valldimar Konungi, oc ſetia honum gisla. þa red Domaburr Erkibyſkupi rad, oc ſagdi ſva: þu ert ungr madr, oc veizt o-glögt hvad verid hefir: kref oſſ eigi gisla, oc heria eigi land vart. far helldr heim, oc hallt iafnan frid vid oſſ, þar til er ydur lönd eru iafn-vel bygd, ſem nu eru var lönd: ydur lönd liggia mörg aud oc o-bygd; hæfir ydr þvi betr, at hafa frid en o-frid. þa ſvaradi Erki-byſkup: ek veit, at Valldimarr Konungr vill giarna hafa þitt rad, oc þat er mer vel ad ſkapi, far nu heim, ſegir Erkibyſkup, oc ſeg ſva Rængium, at ver beidum þa eigi fyrri gisla, en þeir bioda oſſ. Sidan for Domaburr

(*a*) Dana Konungs. lagdis þa vid byr. &c. *hæc ob ambiguitatem ſenſus in ſua verſione omiſit* A.M. *ſed ex alia verſione adjecta ſunt.* (*b*) *Saxoni* Valungia, *p.* 295. *Thorm.* (*c*) nad þeim, *qvod magis appoſitum.* (*d*) Rugia & *Rugiani ſine dubio intelligendi, qvos Helmoldus etiam* Ranos *vocat. vid. Hechtii Germania ſacra & literata, edita Witemb.* 1717. 8. *pag.* 374.

CAP. CXX.

Postero die rex orientalem Vandaliæ oram legens, Suoldram appellit: ubi obvium habet ingentem Vandalorum exercitum, qvi visis Danorum velis, fugam capessunt. Rex, velis contractis, anchoras demitti jubet, Christophoroqve filio suo dat negotium, ut exscensu facto, Valungam Vandaliæ provinciam incendio vastet: Vetat autem, prius in regionem penetrare, qvam in terram expositus totus exercitus possit seqvi. At Christophorus juvenili ardore actus, nimis festinabat jussa facere, ita ut Vandalorum classiarii, qvi antea fugerant, viso incendio, remorum ope reditum maturarent, Danosqve incautos aggrederentur. Sed animadverso, qvi sibi jam jam instabat cum aliqva exercitus parte, Valdemaro, terga iterum vertebant, tam effuse, ut Danos inseqventes longo intervallo post se relinqverent. Hi postea portum petunt, ac naves in littora subductas tentoriis muniunt: Superveniens interim Aeschillus archiepiscopus, cum videret regiam navem tentoriis munitam, Danos moræ impatientes præcipitis festinationis incusat, inter alia dicendo, homines ab eis nondum mortuos sepeliri. Cum rationem dicti rex qværeret, respondet Aeschillus: nil aliud indicatum velle, qvam qvod Dani ad insulas & scopulos a continenti separatos satis diu obhæsuri sint, anteqvam tali potiantur victoria, qvalem sibi per nimium impetum e manibus elabi passi sint. In arduis sapientes cunctando agere, cum improvida & cæca festinatio mater soleat esse poenitudinis. Hinc, eodem archiepischopo auctore, solutis navibus, fluvium qvendam remigando transmittunt, egressumqve nacti opportunum, eqvites provinciam Strælæ finitimam invadunt. Ubi omnibus incendio vastatis, postqvam pernoctarant, postero mane Falongiam petunt: cui similiter flammis vastitatem inferunt; indeqve domum reditionem parant. Eos Rugiani nocte proxima insectantes ad promontorium, Mas-nes dictum, conveniunt. Hi partem Vandaliæ, Rugiam nuncupatam, amplam qvidem istam, opulentamqve incolunt. Dux eorum, nomine Domabur, Danos de ineunda pace alloqvitur, archiepiscopoqve svadenti, ut missis obsidibus sese in fidem ac potestatem regis dedant, his respondet: „Tibi nondum satis annorum „atqve experientiæ accessit, multaqve præteritarum rerum notitia adhuc „deest: qva si valeres, desineres nobis obsides imperare, terræve nostræ exitium „minari. Qvin potius tuis auctor fores, ut domum reversi, pacem tamdiu co„lant, donec ipsorum regio, cujus bona pars deserta incultaqve jacet, habita„torum numero nostram æqvaverit. Ideoqve nullum salubrius in præsens „consilium dedero, qvam ut, deposita hostilitate, pacem sustentetis.„ Cui archiepiscopus, non dubitare se ait, qvin Valdemaro regi suo qveant consilia tam moderata arridere, qvæ sibi qvoqve prudentiæ plena videantur; hortaturqve ut domum sine mora redeat, ac popularibus suis referat,

burr heim, en Valldimarr Konungr lagdi her ſinum til hafnar þeirrar a Re, er Skapa-rödd heitir, og gengu up med öllu lidinu, til þeſſ ſtadar er Arkun heitir. þann ſtad hafdi unnid Eirikr Eymuni, ſem fyrr er ritad i bokinni. Þar komu Rængar i moti Valldimar Konungi med o-grynni hers, oc helldu vid hann orroſtu. I þeirri orroſtu feck Valldimarr Konungr ſigr, en af Rængum fellu ccc. þuſunda, en þeir flydu er eptir lifdu. Danir foru þa til Hedins eyiar, oc er þeir voru þar, komu Rængar til þeirra, oc ſettu þeim iiij. (*) gisla, oc jatudu þvi öllu er þeir beiddu. Eptir ſigr þenna for Valldimarr Konungr heim i riki ſitt. En enn næſta leidangr, er Valldimarr Konungr röri eptir þenna, þa hellt hann til Strælu. Þa reid Abſalon Byſkup a land up, oc atti þing vid bændr, baud Byſkup þeim at fara til Valaguſt med Konungi, oc veita hönum lid, oc Rængar giördu ſem hann baud, oc foru med Konungi, oc höfdu mikid lid, oc lögduz i Kuaviz. Þar komu þeir af Valaguſt i moti þeim, oc ſetfu Konungi gisla, oc jatudu honum hlydni, ok for herinn heim aptr ſidan. En ena næſtu ferd, er Valldimarr Konungr atti, for hann til Grænaſundz; þviat Rængar villdu þa riuſa ſætt þa, er fyrr var giör vid Valldimar Konung, En þat bar til þeſſ, at þeir höfdu a þeirri ſtunndu gengid undir Heinrek Hertuga af Brunſvik, oc ſett honum gisla; þviat Heinrekr kalladi ſitt Riki allt um Valaguſt. hann hafdi oc heriad á Rænga. En er Rængar ſpurdu, at Valldimarr Konungr var kominn til Grænaſundz, oc ætladi at heria a þa, þa foru þeir til Konungs fundar, oc gafuz þa af nyiu up á hans valld, oc for Valldimarr Konungr vid þat heim. En er þetta ſpurdi Heinrekr Hertugi, gaf hann konungi ſakir á, er hann hafdi tekid gisla af Valaguſt, oc heriad a Rænga; þviat hann kalladi þa ſina menn. Senndi hann þa ſina menn a fund Valldimars Konungs, oc bad hann bæta þat, er hann hafdi heriad land hans, enn ad ödrum koſti letz hann mundu hefna, oc fara med her til Danmerkr: en medan ſendi menn voru i ferdinni, þa höfdu Auſtr-vindr uti her ovigian, oc foru á þat riki, er hertuginn atti i Vindlandi, oc brendu þat, en folk allt var drepid. Heinrekr Hertugi kenndi þeſſi rad Abſalon Byſkupi, en hann var þo þeſſ ó-valldr: en er Hertuginn viſſi þetta til ſannz, þa ſendi hann þegar menn, i annad ſinn, nordr i Danmörk, a fund Valldimars Konungs, oc bad hann þa ſætta, oc þat med, at hann ſkylldi heria med honum til Vindlandz. Valldimarr Konungr jatadi þeſſu, þviat þeir af Valaguſt höfdu þa enn roſid ſættina vid hann. Þetta var eptir budu þeir ut leidangri Valldimarr Konungr af Danmörk oc Heinrekr Hertugi af Saxlanndi,

(*) *charta* vij.

obsides a rege ipsis non amplius imperandos, sed expectandum potius, dum ipsi ultro offerant. Cum hoc responso Domabur ad suos se recipit. Valdemarus autem ad portum Skapa-röd contendit: ubi cum toto exercitu navibus egressus ad urbem Arcunam consedit. Urbs hæc ipsa est, qvam Ericum Eymunum expugnasse in ejus historia tradidimus. Ibi Rugiani, qvamplurimis collectis copiis, cum rege congrediuntur; sed successu tam infelici, ut isto in prælio trecenta millia ceciderint, reliqvis omnibus in fugam conjectis. Victores Dani ad Hedinam insulam classem ducunt. Hos accedunt Rugiani, ac traditis qvatuor obsidibus, qvæcunqve imperentur, facturos se promittunt. Qvam victoriam consecutus Valdemarus in regnum suum revertitur. Proxima expeditione, exercitum ad Strælam urbem vexit. Hic Absalon episcopus in terram præmittitur, civitati auxilia imperaturus, qvibus auctus rex, Volgastum aggredi decreverat. Rugiani dicto obedientes, coacta brevi tempore magna vi militum, regis signa seqvuntur, Kuaviziqve castris suis locum deligunt. Ibi Volgastenses obvios habent, qvi datis obsidibus jussa se facturos pollicentur. Post hæc exercitus, datis retrorsum velis, patrios portus repetit: Aliqvanto post classe armata, Valdemarus ad fretum Gröne sundam navigavit, ut perfidiam Rugianorum castigaret, qvi initum secum foedus frangere non erant veriti. Ad hoc faciendum solicitati fuerant a duce Brunsvicensi, cujus fidei sese, traditis obsidibus, permiserant, exuto, qvod Valdemaro prius addixerant, obseqvio. Namqve Henricus in totum tractum Volgastensem dominium affectabat, unde & Rugianos erat aliqvando bello aggressus. At cum adventus Valdemari ad fretum Gronesundanum audiretur, facti supplices Rugiani, foedus & obseqvium erga regem renovarunt. Qvorum nova summissione placatus Valdemarus domum redit. At Henricus, eo intellecto, cum rege expostulavit, qvestusqve Rugianos, ut pote suæ ditionis, confoederatis fuisse armis vexatos, Volgastensibusqve obsides extortos, misit insuper legatos, qvi de damno ac vastitate præstanda, qvam Danos dicebat in ditione sua fecisse, regem solicitaret: qvod nisi impetrasset, minatus est, infestis se armis Daniam invasurum. Dum vero legati ducis in itinere essent, Vandali orientales, immenso congregato exercitu, provinciam qvæ duci parebat, ingressi sunt, ferroqve & flammis ad internecionem usqve desolarunt. Hæc Absolonis consiliis patrata esse, ab Henrico creditum, vulgatumqve: qvi deinde se falsa suspicione deceptum animadvertens, iterum ad regem legatos destinavit, pacem oraturos, societatemqve armorum ad Vandalos coercendos. Et Valdemarus eo libentius annuebat, qvod sublestam Volgastensium fidem esset ipse qvoqve expertus. Proximo vere coactis conjunctisqve copiis Valdemarus rex Daniæ, & Henricus dux Saxoniæ Vandaliam invadunt. Dux suo

Saxlanndi, oc heriudu i Vindland, oc kom Hertuginn med her sinn, þar sem heitir a Dimin, oc settiz þar um borg eina; en landz-menn söfnuduz saman, oc villdu veria land sitt, oc ridu eina nott a menn
Saxo p.309 sed hæc variat hertugans, oc drapu þar um nottina. ij. Greifa af Hertuganum. het annarr Adalbrikt, en annarr Heinrekr, oc marga adra göfga menn. þar fell halft fimta hundrad manna af lidi Hertugans, en margt vard sart; en allt annad folk flydi, þat er þvi kom vid. Vindr raku skamt flottann, oc lögduz a valinn, oc raufudu, oc flettu men bædi vapnum oc klædum; enn er lysa tok, oc Sudr-menn sa hvad Vindr höfduz at, þa ridu þeir aptr, oc börduz vid þa, oc komu þeim a flotta. Eptir þat vann Heinrekr Hertugi borgina, oc drap þar o-talligt folk af Vindum. Valldimarr Konungr for i annan stad med her sinn til Valagust, oc settiz þar um borgina; en Vindr badu þa Konunginn
Saxo p.309 sætta, oc gafuz a hans valld, oc settu honum gisla; oc um nottina eptir flydu þeir af borginni, sva at Konungr vard eigi varr vid. En er Valldimarr Konungr vissi þat, þa skipadi hann borgina sinum mönnum, oc for sidan ut ad á nockurri, oc til bruar þeirrar á anni, er heitir Dunzarbru. Um morgininn eptir kom Heinrekr Hertugi fra Grozum, oc for hann þegar á skip med Valldimar Konungi, oc undradiz Hertuginn, hvi þeir Konungrinn mattu sva mikid sigla. Þa for allt med þeim med blidu; oc þa mællti Valldimarr Konungr
Saxo p.308 1164. til mægdar vid hertugann fyrir hönd sonar sins, oc þvi jatti Hertuginn: þa gafu þeir saman börn sin, er þa lagu i vöggu: het sveinnin Knutr, son Valldimars Konungs, en mærin fru Geirþrudr. Um morgininn eptir röri Valldimarr Konungr til Stolps, en Heinrekr for til Dimin, oc braut nidr alla borgina oc brendi. Þa for Valldi-
Saxo p.310 sed hæc aliter refert marr Konungr aptr til bruarinnar. Þar kom til hans Kassamar, er þa var Herra a Vindlandi, oc setti honum gisla, oc giördiz hans madr; en Valldimarr Konungr feck honum tva hluti af Valagust at gæta, en þridiung feck hann Rængum. Sidan for Konungr til Strælu, oc atti þar tal vid lid sitt. Þa gaf hann Knuti syni sinum Konungs
Saxo p.312 nafn, med radi Absalons Byskups, oc annarra höfdingia. hann var þa vetr-gamall. hann for þa heim til Danmerkr. (*a*) En enn næsta leidangr er Valldimarr Konungr röri, þa for hann fyrst til Rænga, oc þa var brendt Analöng. vard þa enn Absalon Byskup skiotaztr, oc Eylendingar; sva at þeir bidu Konungsins. vy. nætr vid Hedins ey. oc foru þadan heim. CXXII.

(*a*) *charta:* I þessum leidangri höfdu Danir i burtu verit. iij. vetr, oc höfdu brent Analaung. Þa var enn Absalon Biskup fremstr, sem iafnan, oc þeir Eylendingar med honum. Cap. Enn er tveir vetr voru lidnir fra leidangri þeim, er nu hefir verit fra-sagt, for Valldimar Konungr til Strælu oc vid Blot-lund &c.

cum exercitu in Diminensem tractum irrumpit, cujus urbem qvandam obsidione cingit. Ad hanc irruptionem incolæ alacres & erecti, qvo ab agris suis vim hostilem repellant, arma capere, obsidentesqve nocte qvadam adorsi, binos, qvi in exercitu ducis militabant, comites interficere, qvorum alter Alberti, Henrici alter nomine appellabatur, aliosqve præterea haud parvo numero præclaros viros. Nocturno hoc conflictu ex copiis ducis qvadringenti & qvinqvaginta cæsi, plurimiqve vulnerati sunt, reliqvis, qvibus id integrum erat, fuga elapsis: qvos Vandali haud diu persecuti sunt, magis intenti cæsorum cadaveribus spoliandis; qveis scilicet arma & vestes detraxere. Illucescente die, cum australes (ɔ: Saxones) qvidnam ageretur, intelligerent, conversis retro signis Vandalos aggrediuntur, acerrimeqve ex eqvis dimicantes, in fugam agunt. Dux urbe potitus, Vandalorum incredibilem stragem edit. At Valdemarus rex, copiis suis ab exercitu ducis sejunctis, Volgastam urbem obsedit; qvando Vandali supplices, datis obsidibus, regis imperium agnoverunt. Seqvente vero nocte, inscio rege, urbem deserunt, qvod ut regi nuntiatum, eam suis habitandam tradit. Postmodum pontem Dunzensem, qvo amnis committitur, occupat. Eo & Henricus dux postridie Groza venit. Is eandem cum rege navem conscendit: cujus navigandi studium ac peritiam non potuit satis admirari. Tum arctior qvam ante amicitiæ conjunctio regem inter ducemqve facta, ita ut rex filio suo ducis filiam in uxorem peteret: cui & hic assentitur. Erant vero ambo infantes adhuc, in cunis jacentes, de qvibus pactionem iniverunt: puero nomen Cnuti, puellæ Gertrudis fuit. Postridie rex Stolpam navigat; dux Diminum profectus, urbem captam solo æqvat, flammisqve in cineres redigit. Regi iterum ad pontem supra dictum reverso Kassamarus, Vandaliæ tunc temporis princeps, obsides tradit, atqve in ditionem ac potestatem se regi committit. Ei duas Volgastæ partes rex custodiendas tribuit; Rugianis tertiam concedit. Inde Strælam rex contendit, cumqve exeritu suo sermones & consilia confert. Eo tempore Cnutum filium, unum tantum annum habentem, regio nomine, svadentibus Absalone archiepiscopo aliisqve proceribus, ornat: qvo facto in Daniam revertitur. (a) Proxima Valdemari in Rugianos expeditione Analonga incendio consumpta fuit. Tum Absalon atqve Oelandi ceteros mira velocitate, uti sæpius, prætervecti sunt, adeo ut ad insulam Hedinam regias naves septem integris noctibus exspectarent, atqve inde domum reverterent.

Q q q CAP.

(a) charta: *In hac expeditione Dani biennium transegerant. Absalon Episcopus, ut semper solebat, primarius fuit, cumqve eo Oelandi.* Cap. CXXI. *Ab hac dicta expeditone duobus annis elapsis, rex Valdemarus Strælam adnavigavit, lucumqve qvendam sacrificalem &c.* Hæc ex alia versione latina adjecta sunt.

CXXI. CAP.

Fra Valldimari Konungi.

En er vetrin leid af, baud Valldimarr Konungr enn ut leidangri, oc for til Rænga, oc lögdu up a Stræla, vid blot-lund einn er heitir (a) Böku, oc brendu þar allt oc bælldu, en toku folk oc fe, oc foru til ſkipa med: oc þa lögdu þeir upp a annan veg a Valung, oc brenndu þar, oc foru þadan til Vikr, og brendu landid allt til torgs þeirra. Þadan roru þeir til Hedins eyiar, oc lagu þar. ij. nætr oc hvillduz. Þa bad Konungr Abſalon Byſkup fyrri fara, en Konungr oc Jotar lögduz þa upp vid Stræla: en er röckva tok, rori Byſkup upp med ſinu lidi, fram um Konungin, til Parez, oc reid ſidan upp til borgar þeirrar er heitir Gardz; en þar komu Vindr i moti þeim, oc redu þegar til orroſtu vid Byſkup, oc borduz vid vatn eitt. Þar vard mikil orroſta, oc mannfall mikid, og hafdi Byſkup ſigr, en þar fell af Vindum xj. (c) hundrud manna, en einn madr af Byſkupi; enn ij. menn foruz a kafi af Byſkups mönnum, er reyndu ſund med ſer, fyrir kaps ſakir. Sidan reid Byſkup ut til ſkipa ſinna; en er þeir hleyptu heſtunum ut a ſkipin, Þa kom Valldimarr Konungr þar, oc ſpurdi hvad þeir hefdi ſyslad; en Byſkup ſagdi honum. Konungr þackadi fögrum ordum ſigr þenna, oc fara ſidan allir ſamt til Stræla. Eylendingar höfdu nu fengid hlutſkipti mikid, en Jotar lögdu þar öfund a, oc ſögdu at Eylendingar fengu allz, en Jotar miſtu; en þeir þordu þo eigi at mæla þetta, ſva at Konungr heyrdi. Eptir þat for Konungr med herinn til Aſund, oc heriadi þar. Þar drapu þeir höfdingia þann er (d) Dalemarr het, oc toku þar folk allt oc fe, oc foru ſidan til Hedins eyiar. Þar komu Rængar til motz vid Konung, oc badu ſer miſkunnar, oc ſettu honum gisla, oc gafu honum ſkatta slika ſem hann kvad á, oc iatudu Konungi hlydni. For Konungr heim til Danmerkr eptir þetta.

CXXII. CAP.

Valldamarr Konungr gaf Kriſtophoro ſyni ſinum Riki a Jotlandi, hafdi hann hertugadom i Heidabæ, oc þat riki ſem þar fylgir. hann var rikr madr. Valldimarr Konungr hafdi jafnan ſtarfſamt, medan hann red rikinu, hann hafdi viij. leidangra til Rænga, adr hann

(a) *charta* Beku. (b) *charta* Gaz. (c) *charta* v. (d) *al.* Delemarr.

CAP. CXXI.
De Valdemaro rege.

Exacta hieme, Valdemarus, collectis copiis, in Rugianos movit, atque ad Strælam, prope lucum qvendam sacrificiis nobilem, qvem Boku nuncupabant, appulit, ibiqve omnia obvia exussit, cum toto tractu circumjacente, incolis cum omni peculio ad classem abactis. Qvo facto, ad oppositum littus Valungæ trajiciens, etiam istam regionem flammis depopulandam commisit. Inde Vicam adit, itidemqve omnia usqve ad emporium devastat. Tandem remigando Hedinam insulam petit: ubi excercitus biduum corporibus reficiendis insumit. Hic rex archiepiscopum jubet iter anticipare: ipse cum Jutiis Strælam petit. Sub noctem, obrepente crepusculo, Absalon regis liburnum remorum ope prætervectus, Parezam adnavigat, indeqve ad urbem Gardzam eqvo tendit. Tum occurrit ei manus Vandalorum, qvibuscum congrediendum fuit. Pugna ad stagnum qvoddam summis utrinqve viribus committitur, non sine multorum cæde. Episcopus victor extitit, cæsis Vandalorum mille & centum, tantum ex agmine episcopi uno in pugna interfecto, binisqve aqva suffocatis, cum uter prior natando evaderet, inter se certarent. Episcopus commodum ad naves reversus erat, jamqve suos in eo occupatos habuit, ut in naves eqvos reducerent, cum rex supervenit, sciscitaturqve ecqvid rei moliantur. Ei omnia enarrat Episcopus: cujus insignem adeo victoriam rex summa laude & gratulatione proseqvitur. Deinde omnes simul Strælam petierunt. Oelandi luculentam prædam reportarunt, qvam Juti ipsis invidebant, conqvesti, Oelandos omnia belli præmia præripere, se vero iisdem privari. Non ausi tamen, audiente rege, istiusmodi qverelas edere. Deinde rex cum exercitu Asundam movit, ibidemqve regionem more militari invasit. Ibi procerum qvidam, Dalemarus nomine, trucidatus fuit, colonis cum omni, qvod inventum fuit, peculio in naves deportatis. Hinc versus Hedinam insulam cursum dirigunt. Adsunt Rugiani, qvi regis misericordiam implorant, obsides tributaqve qvanta jusserit, offerunt, obseqviumqve porro promittunt. His confectis, rex in Daniam regreditur.

CAP. CXXII.

Valdemarus filio suo Christophoro ditionem in Jutia regendam dedit: Idem ducatum habuit Slesvici, cum regione ad illum pertinente; ut adeo potentia & opibus ceteros in regno antecelleret. Ipse rex Valdemarus toto regni sui tempore, haud unqvam fere ab iis, qvos reipublicæ utiles esse noverat, laboribus & curis erat vacuus. In Rugiam octo expeditiones duxit, priusqvam

hann vann lanndit. Einn vetr um föſtu for Kriſtophorus hertugi, oc
Abſalon Byſkup til Svoldrs, oc brenndu þar allt up til (a) Tribuzis,
ſva at þar la audt marga vetr ſidan. Þa lagu þeir. xx. nætr vedr-
faſtir i anni Svolldr, i o-vedrani micklu, oc fengu ſidan byr, oc foru
heim. Eptir þetta ſtod kyrt. iij. (b) vetr, at Reingar rufu enn þa ſætt
1170. ſem fyrr var giör. Þa baud Valldimarr Konungr enn ut leidangri,
oc for til Reinga; oc kom þar ad (c) Hvita ſunnu degi, oc vann
borgina Arkun, er fyrr var nefnd. Þa kom til Valldimars Konungs
(d) Tetiz-laſr, er var Konungr þeirra, oc (e) Jarmarr brodir hans, oc
allir enir beztu menn af Ræingum, oc gafu þa lanndid, oc ſialfa ſik i
valld Valldimars Konungs, oc badu hann giora af ſlikt er hann villdi.
Þa baud Konungr þeim at taka vid Kriſtni, þviat þar var iafnan heid-
id, ſidan þeir köſtudu aptr Kriſtni, þa er Eirikr Konungr Eymuni
let ſkira þa, þa er hann vann borgina Arkun, ſem fyrr var ſagt.
Þeir ſögduz nu giöra villdu ſem Konungr beiddi oc Abſalon Byſkup.
Þa kvaddi Konungr til Sona Ebbaſon, oc menn med honum, at
ganga i borgina Arkun, oc til hofs þeſſ er þar var, oc bad hann
höggva nidr godid er (f) Svanraviz het, oc draga þat ut af borg-
inni, en ræna hofid öllu þvi er fe-mætt er; en þeir er fyrir varu i
borginni þordu eigi at draga hann ut, oc hræddúz þeir miök reidi
hans: þa geck til Sveinn byſkup oc Soni Ebbaſon, oc hioggu nidr
godit. Sidan logdu þeir reip um hals honum, oc neyddu Ræinga
ſialfa at draga hann ut; En er hann kom ut, undruduz allir heiding-
iar, er hann matti þa ecki hiálpa ſialfum ſer, oc trudu minnr a hann
enn fyrr. Þa gengu menn til, oc klufu hann i ſundr, oc brendu hann
undir kötlum ſinum. ſá þá Ræingar at þeir voru ſviknir, oc trudu
ecki a hann ſidan. En Abſalon Byſkup, oc allir lærdir menn, kriſtn-
udu folkid, oc ſkirdu. xiij. (g) hundrud einn dag, oc foru ſva þad-
an, at þeir játudu Konungi hlydni oc ſva Byſkupi. En um morgin-
inn eptir foru þeir Konungr til þeſſ ſtadar er Karennz heitir, oc let
hann þar höggva nidr þriu (h) ſkurdgod, er ſva hetu, (i) Rinvit,
Turupid oc Puruvit; en ſkurdgod þeſſi giördu ſva mikil unndr, at
þegar ef nockurr madr atti ſam-lag vid konu innan borgar, þa loddu
þau ſaman ſem hunndar, oc eigi loſnudu þau fyrr en þau komu ut
af

(a) *al.* Ribuſis. (b) *charta.* vii. (c) *chartis* Hvit-drottins dag. (d) *al.* Terislafr. (e) Hechtio *pag.* 375. Jaremarus, Arnoldo Germarus *lib.* 3. *Cap.* 4. & 7. (f) *al.* Svaraviſt, *ſed ſine dubio idem ac* Svantevit. vid. Hechtii Germ. *Sacra & literata*, *Parte* 2. *lib.* 9. *Cap.* 12. *p.* 374. *qvod idolum Rugianenſium Caſpar qvidam de Marholt carmine deſcripſit*, *eodem* Hechtio *teſte*, *parte* 2. *lib.* 14. *Cap.* 5. *p.* 538. *Nec veriſimilitudine caret, qvod idem auctor loco citato, pag.* 374. *id nomen e Sancto Vito eſſe efformatum perhibet.* (g) xvj. *charta.* (h) *charta* vj. (i) *charta* Rutvit, Turtupit oc Prunvit.

qvam eam in poteſtatem ſuam redegit. Hieme qvadam qvadrageſimali tempore dux Chriſtophorus epiſcopusqve Abſalon Svoldram progreſſi, omnia obvia, Tribuzis usqve, flammis vaſtarunt, adeo qvidem, ut multis exinde annis, terra iſta deſerta incultaqve jaceret. Oborta vero tempeſtate, viginti totos dies detenti, ex fluvio Svoldra in altum mare vela facere impediebantur. Tandem vento operam dante, proſpera navigatione domum navigarunt. Per ſeqvens triennium omnia qvieta fuere, donec de Rugianis ſæpius rebellantibus poenas exacturus rex, novum exercitum cogeret: qvocum ipſo pentecoſtes feſto impreſſionem in eorum terram fecit. Arcunamqve urbem, cujus ſupra meminimus, expugnavit. Ea capta, Tetizlaus, qvi inter Rugianos regnum obtinuerat, & Jarimarus, frater illius, omnesqve terræ optimates regem accedunt, ſeqve & ſua omnia ipſius poteſtati committunt, ut pro lubitu cum iis agat. Rex jubet Chriſtianorum ritus ut recipiant: qvibus nimirum ejuratis ad cultum idolorum defecerant. Olim enim auctoritate Erici Eymuni ſacro baptiſmate initiati fuerant, poſt expugnatam ab ipſo urbem Arcunam, uti ſupra memoravimus. Illi regiis Abſalonisqve epiſcopi juſſis morem ſe geſturos promittunt. Rex itaqve Sunoni Ebbonis nonnullisqve aliis negotium dat, ut Arcunam urbem intrent, idolumqve, Suantaviz appellatum, fano exturbatum, diſſectumqve urbe eiiciendum curent, deniqve ex ipſo fano theſauros omnes auferant; Arcunenſibus ipſis veritis everſum ſimulachrum urbe egerere, cujus priſtina religione etiamnum percellebantur. Sveno epiſcopus Sunoqve Ebbonis idolum disjectum ſuccidunt, injectoqve collo ipſius reſti, ad extrahendum illud oppidanos, neqvicqvam recuſantes, compellunt. Extractum demum mirabantur ethnici, qvi antea idolum cultu proſecuti fuerant, qvod viribus ad repellendam ignominiam deſtitutum, jam ludibrium inimicis ſuis deberet: Qvæ res, qvicqvid in ipſius numine fiduciæ incolis fuerat, admodum diminuebat. Simulacrum deinde milites, in minuta fruſtula diſſectum, ad cibos coqvendos cacabis ſubdunt, igni materiam ſuppeditaturum. Hoc ſpectaculo tandem commoti Rugiani, priſtinam ſuam vecordiam damnarunt, qva faſcinati tam fœdæ illuſioni patuiſſent. Tum Abſalon epiſcopus aliiqve ſacrorum miniſtri populum Chriſtianis ritibus initiarunt, luſtratis fonte ſalutari uno die mille trecentisqve (a). Tandem cum regi & epiſcopo obſeqvium omnes fide data obſtrinxiſſent, inde diſceſſum eſt. Poſtridie rex ad urbem Karenziam profectus, tria (b) idolorum ſimulacra exſcindi juſſit, qvorum nomina, Rinvit, Turupid, & Puruvit. De qvibus hæc infamia in vulgus celebrabantur miracula, qvod ſi vir aliqvis cum muliere intra urbem concumberet, ipſis canum more cohærendum foret, haud prius pudendo nexu ſolvendis, qvam eſſent extra

Rrr

(a) charta *mille ſexcentis.* (b) charta *ſex.*

af borginni. En þann dag, er þessi ſkurdgod voru brennd, þa krikſtnudu þeir. IX. hundrud, oc vigdu. (*) XI. kirkiu-garda. Þar toku þeir mikid ſe af godunum, gull oc ſilfr, ſilki oc pell oc gudvef, hialma oc ſverd, bryniur oc allzkonar vopn. Ed ſimta god het Pizamarr. hann var a Aſund. Sva heitir einn ſtadr. hann var oc brendr. þa het oc Tiarnaglofi. Hann var Sigr-god þeirra, oc for hann i her-farar med þeim. hann hafdi kanpa af ſilfri. hann hellzt lengſt vid, enn þo fengu þeir hann a þridia vetri þar eptir: enn þeir kriſtnudu allz a landinu v. þuſundir i þeirri ferd. Eptir þat for Valldimarr Konungr heim, oc Abſalon Byſkup, oc allr herrinn.

CXXIII. CAP.

Drepnir Kurir.

Medan Valldimarr Konungr lifdi, þa voru reiſtar. xj. kirkiur a Ræng, oc vigdi Abſalon Byſkup. Þar er nu Byſkup-ſtoll i þeim ſtad er Uſna heitir, oc eru nu i þvi Byſkups riki. xxx. kirkna oc c. en ſidan er Ræing var kriſtnad, þa kom Valldimarr Konungr ecki i leidangr: en fyrir fe þat, er Valldimarr Konungr tok af Ræing, vard u-ſætt milli Dana Konungs oc Heinreks Hertuga; þviat hann kalladi Ræing ſitt land vera, oc hann kalladiz feid eiga: baud hann þa Auſtrvindum at heria a Dan-mörk: En er Valldimarr Konungr ſpurdi þat, þa baud hann Kriſtophoro ſyni ſinum oc Abſaloni byſkupi, at þeir ſkylldi veria lanndit, en þeir villdu eigi á lanndinu vid-taka, oc budù þeir ut leidangri, einu ſkipi or hveriu heradi i Danmörk. En er þeir voru uti a her-ſkipunum, þa ſpurdu þeir, at Kurir höfdu her uti, oc heriudu a Bleiking. Þeir viſſu þo eigi viſt, hvart þetta var med ſannleik, oc þotti þeim her þurfa rad vid at giöra, oc giördu þeir þat rad, at Kriſtophorus, oc Abſalon Byſkup, oc Asbiörn, foru þangat, oc ſigldu til Eylanndz. Þar toku þeir fe mikid, oc ſva menn; en er þeir komu til ſkipa ſinna, þa ſpurdu þeir at Kurir voru vid Mön. Þa letu þeir lauſt þat folk, er þeir höfdu þar tekid, oc helldu þegar þangat ſem þeir voru, oc funndu þa vid eina höfn er heitir Jarnloka. En er Kurir viſſu, at herr for ad þeim, drogu þeir up ſkip ſin, oc biogguz vid vorn a lanndi, oc ætludu at Sviar væri. Einn madr af Kurum gamall, ſagdi at þat voru Danir, oc er ecki rad ad bida, ſegir hann. Þa

(*) *Hechtius, loco citato, p. 375. Renovavit Voldemarus (Danorum Rex) Chriſti inter Rugios memoriam, conditisqve xij. templis ſacris melioribus initiandos curavit:*

extra urbem educti. Die vero, qvo simulacra hæc flammis consumebantur, nongenti homines Christo nomina dederunt, atqve undecim cœmeteria consecrata sunt. Porro incredibilis divitiarum vis idolis detracta, Danis in prædam cessit, constans auro, argento, serico aliisqve pannis pretiosis, ut & bysso, præter enses, loricas, galeas, omnisqve generis arma. Qvintum idolum, Pizamar dictum, in urbe Asunda colebatur: qvod etiam, sicuti reliqva, in cineres redactum fuit. Restabat unum, cui vocabulum fecerant Tiarnaglofi, ejusqve numini bellicarum rerum curam tribuebant: unde & ejus statuam expeditionibus suis præsidem, & mystacibus ex argento insignem fecerant. Hoc idolum ceteris diutius mansit incolume: attamen tertia inde hyeme ruina illi eadem obvenit. In hac deniqve expeditione qvinqve millia gentilium inter Christi cultores nomina profitebantur. Posthæc Valdemarus Absalonqve episcopus victrices copias domum reduxere.

CAP. CXXIII.
De clade Curlandorum.

Valdemaro adhuc vivente, undecim templa in Rugia exstructa fuere; atqve ab Absalone episcopo consecrata. In urbe Usna episcopalis hodie est sedes, cui sacræ ædes subsunt centum & triginta. Rugia universa Christiano cultui subjecta, Valdemarus ab expeditionibus cessavit. De pecunia vero ex Rugianorum spoliis confecta, regem inter atqve Henricum ducem dissidium obortum: qvandoqvidem eam hic sibi arrogabat, suæ esse ditionis Rugiam asseverans. Hæc causa fuit, qvod Vandalos orientales incitaret ad Daniam impetendam. Qvo accepto, Valdemarus Christophoro filio Absaloniqve episcopo regni defensionem committit. Illi vero consultius arbitrati, signa in terras hostium inferre, qvam similia domi opperiri, singulis præfecturis per totum regnum Daniæ singulas naves imperant, qvibus comparatis, & classe jam conscensa, fama accipiunt, Curlandos manu armata Blekingiam invasisse. At de rei veritate ambigui, qvid facto opus sit, deliberant; placetqve ut Christophorus atqve Absalon episcopus & Asbiornus Absalonis frater eo navibus proficiscantur. Qvi ad Oelandiam cursum dirigunt, ingentemqve pecuniam, nec paucos homines inde abducunt. Cum hac præda ad classem revertentes, stare ad Monam insulam in anchoris Curlandos audiunt. Itaqve dimissis, qvos ibi ceperant, hominibus, ad inimicos properant, qvos propter portum Jarnloka (latine ferreum claustrum dixeris) obvios sibi habent. Curlandi sese ab hostili classe peti audientes, navibus in littus subductis, defensioni se accingunt, opinati Svecos esse, qvi se adorirentur. Erat vero in exercitu Curlandorum senex qvidam, qvi Danos esse affirmabat, ne-

þa röri ſa enn gamli madr braut ſinu ſkipi, en adrir Kurir lagu eptir a ix ſkipum: þa komu þeir Kriſtophorus med ſinum her, oc redu þegar til bardaga vid þa, oc fellu þar Kurir allir, ſva at ekki mannzbarn komz undan, en. ij. menn fellu af Dönum. Sidan toku Danir þar ſkip þeirra oc fe, oc foru heim med, oc höfdu nu fengid mikinn ſigr.

CXXIV. CAP.

Tekinn or Jördu enn heilagi Knutr.

1170. Conf. c.92. Þetta ſumar, ad midiu ſumri, var uptekinn or iördu en heilagi Knutr Lavardr a Hringſtödum, fadir Valldimars Konungs, oc urdu þa enn fagrar iartegner ad hans heilagleik; en Knutr Konungr ſon Valldimars Konungs var þa vigdr til Konungs, med radi fedr ſins, oc ſam-þycki allrar al-þydu i Danmörku. Þa var hann farra vetra gamall. Þa var oc giör Sætt milli (*) Valldimars Konungs, oc Magnuſſ Erlings ſonar Noregs Konungs. Kom þa til Danmerkr Erlingr Skakki, fadir Magnuſſ Konungs, oc fann Valldimar Konung i Randaroſi, oc töludu þeir mart um mal Noregs Konungs oc Dana-Konungs. Þottiz Valldimarr Konungr eiga at telia til rikis i Vikinni i Noregi; þviat þat höfdu verid einka mal þeirra Valldimars oc Erlings, þa er Valldimarr Konungr veitti þeim fedgum ſtyrk til Noregs af ſinu riki, at hann ſkylldi eignaz Vikina auſtr; en frændſemi var mikil med þeim Magnuſi Konungi oc Valldimar Konungi. Modir Valldimars Konungs, var Engilborg dottir Haralllds Konungs Valldimars ſonar, ſem fyrr var ſagt, en ſyſtir hennar var Malmfridr er atti Sigurdr Konungr Jorſala fari, oc var þeirra dottir Kriſtin, modir Magnuſſ Konungs Erlings ſonar; Oc er ſagt fra ſkiptum þeirra Valldimars Konungs oc Noregs manna, i Sögum Noregs Konunga. Enn nu er Erlingr kom til Danmerkr a fund Valldimars Konungs, þa gaf Valldimarr Konungr Erlingi Jarldom, oc þat riki med til forrada, er hann þottiz eiga til-tölu i Noregi. Skildu þeir þa med ſætt oc vinattu, oc helldu þat vel medan þeir lifdu. Þetta hauſt baud Valldimarr Konungr ut leidangri, oc for til Joms-borgar oc til Steinborgar. Þat er auſtarliga a Vindlandi. Konungr for i eitt ſund litid, oc ætladi þar ut at komaz, þa ſögdu Danir, at þeir þottuz komnir i einn ſeck, oc ſögdu at þetta var enn for-ſia Abſalons byſkups, oc radagiörd, oc kölludu hann hafa komid ſer i einn ſeck, oc i þann ſtad er engi

(*) *charta:* milli þeirra Valldimars Konungs oc Heinreks Hertoga, oc Magnuſar Erlings-ſonar.

qve tutum aut ſalutare eos exſpectare. Qvo dicto, ipſe remorum ope inde aufugit, reliqvis Curlandis cum novem navibus remanentibus: qvos Chriſtophorus cum ſuis adveniens, ſtatim prælio adortus eſt. Curlandi ad internecionem usqve cæſi, ne nuntio qvidem immanis cladis ſuperante. Danorum a parte duo ſolummodo deſiderati. Ceteri omnes ſalvi navibusqve hoſtium & pecunia potiti, cum perampla victoriæ gloria domum redierunt.

CAP. CXXIV.
De corpore Sancti Cnuti e tumulo exemto.

Aeſtate media corpus Sancti Cnuti Lavardi, *qvo patre rex Valdemarus ortus erat, Ringſtadii e tumulo ſublatum fuit, ac denuo luculentis miraculis defuncti ſanctitatem manifeſtavit. Sub idem tempus rex Cnutus Valdemari regis filius, adhuc impuber, conſilio parentis, ſuffragante univerſo Danorum populo, inauguratur. Tum qvoqve Valdemarum inter Magnumqve Erlingi, Norvegiæ regem, pax initur; poſtqvam Erlingus Scackus, Magni pater, in Daniam profectus, Valdemarum Randers oſii convenerat, litesqve inter Norvegiæ Daniæqve reges agitatas componere laborarat. Nimirum de Vika Norvegiæ diſceptabatur: qvam ex pactis conventis ſibi poſtulabat Valdemarus, in compenſationem auxiliorum qvæ Erlingo ejusqve filio in Norvegiam miſerat. Ad qvæ ferenda non parum valuerat propinqvitas ſangvinis, qvo bini reges conjuncti. Mater enim regis Valdemari Engilborga Haraldo rege, Valdemari filio, genita erat, uti ſuperius dictum. Engilborgæ porro ſororem Malmfridam duxerat Sigurdus rex cognomento Hieroſolymipeta: ex qvo matrimonio procreata fuerat Chriſtina, mater regis Magni Erlingi filii. Ceterum de rebus inter Valdemarum & Norvagos actis in hiſtoria regum Norvagorum ample commemoratum. Erlingum autem, cum in Dania diverſaretur, Valdemarus dignitate comitis ornavit, ac provinciæ, qvam in Norvegia ſibi vindicabat, præfecit. Hoc modo auctum a ſe dimiſit, & conſtanti per omne vitæ tempus amicitia proſecutus eſt. Eodem autumno Valdemarus numeroſum militem eduxit, contra binas orientalis Vandaliæ urbes, Jomsburgum & Steinburgum. Evenit autem, ut claſſis regia fretum qvoddam intraret, adeo anguſtum, ut tranſitus navigiis plane præcluſus videretur. Tum Dani conqveruntur Abſalonis conſilio factum eſſe, ut loci anguſtiis arctati ſacco qvaſi includantur, unde nemini exitus incolumi pateat; utrinqve enim ſe urgeri, hinc terreſtri, inde navali hoſtium militia circumdatos. Hæc enimvero non inopinato eveniſſe, neqve præter ſpem: Nam qvid aliud exſpectari qveat ab homine ſui nominis, qvi improvidus*

engi þeirra mundi braut komaz; þviat nu er herr a landi hia oſſ, enn ſkipa herr fyrir utan: hefir þetta þo eigi fyrri fram-komid, en likendi væri a, er þu hyggr at öngu ödru en a-kafa einum og a-gæti, oc þicki þer æ ſem alla vega muni hlyda; en þo at þu ſer bardaga madr mikill oc kenpa, þa er þo eigi viſt, hvart þu mátt ſialfum þer allt ætla, en ecki ödrum, þott þer hafi ſva gengid um hrid. Þa ſvaradi Abſalon all-hægliga: Med þvi at ek hefi komid ydr i vándan ſtad, þa ſkal ek ok freilſa ydr fra vandanum; en slik um-mæli vil ek eigi optarr heyra; þviat ver ſkylldim hafa karl-mannz hiarta, en eigi konu, oc eigum ver fyri þvi at vera o-kvidnir, oc mælaz eigi illa um, þott eigi þicki iafnan blitt eitt fyrir liggia. Nu mun ek fyrſt fara, oc mitt lid, oc minu radi ſkolu þer enn fylgia; en ef þer ſiaid, at ver komuz ut um ſundid, þa ſkolu þer bregda vid ſkiott, oc hleypa up heſtum a lanndid, oc rida med fylktu lidi ad land-hernum, oc ſiam hvad at (a) hafi, oc ſva var giort, ſem byſkup gaf rad til. Vindr höfdu mikinn her mannz fyrir, bædi a lanndi oc a ſkipum; en fyrr enn ſkipa herr Vinda vard vid-buinn, þa röri Byſkup ut ad þeim, oc æpti þegar her-op, en allr ſkipa herrinn flydi, ſa er fyrir-la, oc þordu eigi at beriaz vid hann; en þeir er a heſtunum voru, ridu til borgarinnar, oc funndu Vindr þar fyrir, oc redu til bardaga vid þa: kom þa oc til full tings vid þa Abſalon Byſkup, er hann feck önga vid-töku af ſkipa hernum: ſnori þa ſkiott mann-falli upp a Vindr, ſva at a littilli ſtundu drapu þeir. lx. hunndrada manna, en annad flydi. Þeir toku þar margt folk, oc fluttu til ſkipa ſinna. Enn um morgininn eptir, kom einn madr ridandi til þeirra af lanndi ofan, oc letz villdu leita um ſættir fyrir hönd landzmanna; enn hann för raunar med falſi oc ſvikrædum, oc let Abſalon Byſkup taka hann, oc hafdi af honum ſannar ſögur. Sidan var hann i vard-halldi Byſkups iiij. nætr, enn þa leyſti ſon hans hann ut. c. mörkum ſilfrs. Eptir þat foru Danir heim, oc er Abſalon byſkup ſigldi nordr til Eyrar ſundz, la hann i Hyliu minni med vj. ſkipum, þat var vij. nottum fyrir allra heilagra meſſu. Þeir Byſkup lagu iij. Skipum vid minnid, enn önnur þriu voru uppiſiörud; enn i öttu, medan Byſkup las ottu-ſöng, þa komu þar ad þeim IX. Vinda ſkip, oc öll ærid ſtor; oc redu þegar til bardaga vid þa: ok er þeir höfdu litla hrid bardz, lögduz Vindr a flotta. toku Danir af þeim eitt ſkip, en. viij. komuz unndan. Sidan for byſkup heim, oc kom heim: vij. nottum ſidarr; enn at ſumri eptir var enn leidangri ut

(a) *charta* hvad at giöriſt.

vidus, incautus, suiqve securus, cæco impetu ausuqve temerario, videatur nihil, nisi gloriam anhelare, læta semper faventiaqve sibi fingens auspicia? Cum qvantumvis qvis strenuum manu se ostendat, magnumqve in re militari usum habeat, haud sit tamen qvod temere sibi persvadeat, qvæcumqve ipse aggrediatur, semper lepide prospereqve, qvæ vero ceteri moliantur, inauspicato cessura. Hanc contumeliam consveta animi magnitudine ferens Absalon, modeste his verbis respondebat: „Qvoniam in periculosum hunc locum dicor vos induxisse, dabo operam, ut periculo vos eximam, & vero id „genus querelas, imbellis turbæ indices, deinceps neqvaqvam feram: Qvis „enim, nisi qvi muliebrem gerit animum, similes voces expromet? Vos, si viri estis, „virilia nobis corda, non foeminea ostendite, atqve si nonnunqvam minus „jucunda se offerent, mementote, neqve ea planctibus, neqve convitiis superari. Me modo ducem seqvimini, istosqve, qvi meo auspicio, uobis præituri, „qvantum ad salutem vestram consilia mea valuerint, protinus declarabunt. „Ac postqvam egressum nobis patefactum fretumqve pervium conspexeritis, „date operam, ut deductis actutum in terram eqvis terrestres hostium copias „acie eqvestri instructa aggrediamini, atqve ita periculum faciatis, utrum „consilium istud e re præsenti, an vero secus fuerit.„ Cui nulla interjecta mora, mos geritur. Vandali tunc temporis numero copiarum tam terrestrium, qvam navalium valebant. Qvorum classem nondum procinctam, sublato clamore bellico, Absalon prælio adoritur. Ea vero impetum haud sustinens in fuga sibi subsidium posuit, propriis diffidens viribus. Interim eqvites versus urbem progressi, cum obviis Vandalorum copiis congrediuntur: usqvedum Absalon, fugatis classiariis, auxilio eis veniret. Tum Vandali tumultuaria cæde cadere: Ita ut exiguum intra tempus interfectorum numerus ad sex millia excreverit, reliqvis terga dantibus: qvorum plurimos ex fuga retractos, Dani navibus suis captivos imposuerunt. Postridie vir qvidam ex Vandalorum gente, eqvo vectus, accessit, specie qvidem consultationis de pace, civium nomine instituendæ, revera autem impostorem & exploratorem agens. Illum Absalon comprehendi jussit, atqve ad veritatem prodendam adegit. Toto deinde qvatriduo in custodia ab episcopo detentus tandem a filio centum argenti marcis redimitur. Confecta hac expeditione Dani domum revertuntur: Absalon vero episcopus classe ad fretum Oresundæ, boream versus, contendens, prope ostium Hyliæ cum sex navibus pernoctabat. Contigit istud die septimo ante festum solenne Omnium Sanctorum. Episcopus cum suis prope dictum ostium, cum tribus ad anchoras stabat navibus; in littore tres reliqvæ hærebant. Mane vero, cum sacra antelucana de more perageret, majores Vandalorum naves novem numero apparent. Qvæ propiores factæ prælio eos lacessunt, sed post brevem conflictum aufugiunt. Illarum una navigatione intercepta, Danis in prædam cessit, ceteris octo fuga evadentibus. Ita episcopus, post septem die-

ut-bodit, oc ſkylldi lidit hittaz ad Græna ſundi. Þar kom Aſkell Erkibyſkup med Skanungum, oc þar kom Abſalon Byſkup med Siolendingum, oc Kriſtophorus med ſitt lid. Þeir foru ſidan til Bramnes, ok brendu þar allt. Þar kom i moti þeim Greifi einn, er Hyrningr het, til bardaga vid þa, oc hafdi lid mikid, oc var mikill bardaga madr, enn þo kom hann bratt a flotta, oc var margt drepid af honum, en ſumt hand-tekid. Sidan foru Danir til ſkipa, oc fundu Valldimar Konung vid Geitis-ey, oc ſögdu honum fra ferdum ſinum. Þa öfunndudu Jotar þetta, oc ſögdu at Siolenndingar fengu fe allt, en þeir þottuz miſſa. Þa for Konungr til Strælu med lid ſitt, oc reid þar upp til Tribuzis oc Atripiden, oc brendu vida lanndit, oc unnu borgina, en drapu folkid: toku þar fe, oc foru heim ſidan.

CXXV. CAP.
Fra Valldimari Konungi.

1170. I þenna tima bio Heinrekr Hertugi af Brunſvik ferd ſina af lanndi
ut til Jorſalala; en adr hann færi, þa ſendi hann ord Abſaloni Byſkupi, at hann ſkylldi fara i moti fru Geirþrudi dottur hans, er Knutr ſon Valldimars Konungs ſkylldi fa: en Abſalon Byſkup var þa ſiukr, oc matti eigi fara, oc þotti Hertuganum þat illa. En um vetrin moti Jolum, ſendi Heinrekr Hertugi hana til Heidabæiar, oc ſendi bref Abſaloni Byſkupi, oc ſagdi ſva, at öngum manni i Danmörk treyſtiz hann betr en honum. Sidan ſendi Valldimarr Konungr menn i moti henni, oc tok vid henni ſæmiliga; en Heinrekr Hertu-
1171. gi for ut til Jorſala, oc heim or þeirri ferd. En er ſa vetr leid af,
baud Valldimarr Konungr enn lidi ut, oc for til Vindlandz, oc inn a Plaz-minni ad Gorgaſiam, oc brenndi þar allt. Eptir þat for Valldimarr Konungr til Burſtaborgar, oc ſat þar um lengi; en þar lauk ſva, at borgar menn gafuz i Konungs valld, oc gafu honum fe til ſatta, oc ſettu honum gisla. För Konungr heim eptir þetta i Riki ſitt. Stod þa kyrt nockura hrid. Þenna vetr eptir feck Knutr Konungr Fru Geir-þrudar, dottur Heinreks Hertuga; ok i þenna tima anndadiz (*) Kriſtophorus, ſon Valldimars Konungs; oc i þann tima gaf Aſkell Erkibyſkup up ſitt riki, oc bad Abſalon Byſkup taka vid Erkibyskups dæminu, en hann villdi fyrir öngan mun vid-taka; en ſidan toku þeir Valldimarr Konungr oc Eskell Erkibyskup hann med valldi, oc
1177. ſettu hann nær half-naudgan i ſæti Erkibyskups, oc gafu honum Er-
kibyskups

(*) *Chriſtophorus obiit* 1172. *vid. Cap:* 129.

rum navigationem classem domum reduxit. Proxima dein æstate exercitus more solito conscribitur, cui locus conveniendi Gronesunda nominatur. Illuc Aeschillus archiepiscopus cum Scanis, cum Sælandis Absalon, & Christophorus cum suis se contulerunt. Inde junctis viribus, Bramnesium proficiscuntur, ubi omnia igne vastant. Pugnatum ibidem cum Hyrningo qvodam comite, qvi etsi magno instructus exercitu multoqve rei militaris usu, post breve tamen certamen inclinata acie in fugam convertitur, immani clade accepta plurimisqve suorum captis. Qva victoria potiti Dani classem repetunt, regemqve Valdemarum ad insulam Geites-ey offendunt: cui expeditionis successum narrant. Hos successus Sælandis invidentes Juti, conqvesti sunt, participes qvidem se laborum, non item spoliorum fieri. Rex porro exercitum Strælam duxit, unde Tribuzinum & Atripidem eqvo iter fecit, atqve agendo & ferendo cuncta, flammisqve regionem devastando, terrorem ubiqve circumtulit. Expugnata deinde urbe cæsisqve incolis, Dani magna vi argenti onusti domum revertuntur.

CAP. CXXV.

De Valdemaro rege.

Sub hoc tempus Henricus Brunsvicensium dux peregrinationi Hierosolymitanæ se accinxit. Qvam anteqvam ingrederetur, Absalonem per internuncios rogavit, ut filiæ suæ Gertrudi, qvam Cnuto Valdemari filio desponsatam, mittere in Daniam parabat, progrederetur obviam. Qvod cum episcopus morbo impeditus, non præstaret, dux indigne admodum ferebat. Adulta jam hyeme sub festum Christi natalitium, dux filiam Slesvicum deduci jubet, datis simul ad Absalonem literis, qvibus testatur, neminem esse Danorum, in cujus integritate plus sibi sit fiduciæ. Rex nurui venienti obviam adversitores, nobiles viros, mittit, atqve eam perhonorifice excipit. Verum Henricus dux peregrinationem Hierosolymitanam ingreditur, qva confecta domum redit. Elapsa hyeme Valdemarus, delectu militum habito, Vandaliam invadit, Plazminnam usqve & Gorgasiam cunctis in itinere igne vastatis. Inde Burstaburgum aggreditur, qvæ diu obsessa atqve ad deditionem tandem compulsa, pacem a rege, numerata pecunia datisqve obsidibus, redimit. His peractis, rex in patriam remeat, atqve ab eo tempore aliqvamdiu paci dat operam. Inseqvente hyeme Cnutus rex cum desponsata sibi Gertrude nuptiarum celebravit solennia. Qvo tempore Christophorus, alter filius, fato functus est: Aeschillus archiepiscopi munere se abdicavit, Absalone successore nominato: qvi renitens ac pene invitus, a rege atqve Aeschillo sedi Archie-

kibyskups nafn. En um varid eptir i föstu, þa for Askell Erkibyskup i þann stad er Klerivas heitir. Þat er eitt rikt Munka klaustr. hann andadiz Munkr. hann sat nockura vetr ad Stoli i Lundi. Valldimarr Konungr spurdi þat, at Vindr giördu borgir. ij. i (a) Flatzminni, medan þeir voru sattir, oc fridr stod med þeim. Þetta angradi miök Konunginn, oc alla Dani; Þviat þeir þottuz þa skilia, at Vindr villdu þa enn riufa sættina. Foru þa sendimenn millum þeirra Valldimars Konungs oc Heinreks Hertuga af Brunsvik, at þeir skylldi badir hafa her uti, oc fara til Vindlandz, oc finnaz þar. For Hertuginn med sinn her til Dimin. Valldimarr Konungr baud enn lidi ut af Danmörk, oc for um Valagust til Fuznon, oc heriadi, en folkid flydi allt undan; en hann brendi. iij. borgir Fuznon oc Vinborg oc (b) Fuir. Þa foru enn sendi menn millum Valldimars Konungs oc Heinreks hertuga, at þeir skylldi finnaz (c) a Grozvin. Þar kom Valldimarr Konungr, oc hellt stefnustad þann er þeir höfdu mællt med ser, en Hertuginu kom eigi. Sidan lagdiz Valldimarr Konungr um borgina, er heitir (d) Kot-skogaborg. hann la um borgina um nottina, enn brendi hana um nottina eptir, oc for sidan til skipa sinna, oc skildiz þar vid o-frid. Sidan for Valldimarr Konungr til Flatzminniss, oc for þat ut: en borgir þær tvær er Vindr höfdu giört, þa hafdi flód tekid þær um vetrin, oc brotid allar. For Konungr heim eptir þetta.

CXXVI. CAP.

Ord-sending Pava.

Þenna vetr eptir sendir Alexander Pave Absaloni Erkibyskupi pallium, oc legacionem yfir Danmörk oc Svi-þiod, oc yfir allt Gaut-land hvart-tveggia; kom honum þat fyrir utan fe; en öngum
1178. kom fyrr, oc var vigdr um föstu. En er sa vetr var lidinn, þa baud
1179. Valldimarr Konungr leidangri ut af allri Dan-mörk, oc kom lidit saman i Græna sunndi. Þa villdi Valldimarr Konungr eigi fara lengra sialfr, enn baud lidinu, at menn skylldi vera hlydnir Knuti Konungi syni hans oc Absaloni Erkibyskupi, oc setti þa höfdingia yfir herinn; en hann villdi eigi or lanndi fara. Sidan foru þeir til Valagust, oc brendu þar allt up. (e) þadan foru þeir til Usnu, og brendu þar allt upp, oc sva borgina sialfa, oc allt þat er bygt var. (f) Þa komu þeir Burizleifr oc Kassamarr, er Hertugi var austr á Vindlandi, á fund þeirra Knutz Konungs oc Absalons Erkibyskups, oc badu þa miskunnar,

(a) Plazminni. (b) Fuer. (c) *al.* Grozum (d) *al.* Kot-skogr. (e) *charta habet hincusque ad signum.* (f) *non nisi hæc verba:* oc sva borgina sialfa.

piſcopali impoſitus eſt, ac nomine ſummi Daniæ pontificis ornatus. Dein vere primo feriis eſurialibus Aeſchillus Clarevallas, ad celebre illud monachorum domicilium, ſe contulit; ubi infula cum cucullo permutata, in religioſorum hominum familia nomen profeſſus, obiit, poſtqvam aliqvot annos in cathedra Lundenſi ſederat. Interim Valdemarus accepit Vandalos, ſtante etiamnum foedere, ad Flazminnam binas moliri arces. Qvod factum rex & univerſus Daniæ populus iniqvis oculis adſpexerunt, maxime qvod manifeſte perſpiceretur ſubleſta Vandalorum fides, qva ad foedus frangendum ferebantur. Tum miſſis inter ſe legatis, rex & Henricus Brunſvicenſis agebant de armis contra Vandalos ſociandis. Hac conventione facta, dux copiis ſuis Diminenſem tractum occupat: Danorum rex coacto exercitu Volgaſtam pergit. Inde Fuzinonem profectus, ubi diſpalata terrore multitudine tres urbes, Fuzinonem, Vindoburgum & Fuirum, incendio delet. Miſſis denuo legatis inter regem ducemqve de conventu Grozvini habendo agebatur. Venit ad locum deſtinatum Valdemarus, ducemqve aliqvamdiu fruſtra exſpectat. Inde rex urbem Kotskogaburgum una nocte obſeſſam, altera ignibus injectis ſolo æqvavit, & ſine ulla pacifiatione claſſem repetiit. Hinc Flazminnam adiit: cujus ex portu claſſem ſolvit. Ceterum arces duas, qvas Vandali recens exſtruxerant, hyemantis maris inundatio prorſus ſuſtulerat ſubverteratqve. Rex deniqve confecta expeditione, exercitum in hyberna duxit.

CAP. CXXVI.

De Pontificis Romani legatione.

Seqvente hyeme Alexander pontifex Abſaloni archiepiſcopo pallium miſit, legatumqve eundem conſtituit per Daniam, Sveciam, univerſamqve Gothiam: ſingulari deniqve liberalitate impenſarum, qvas erogare moris eſt, gratiam ipſi fecit; id qvod nulli ante ipſum epiſcoporum contigerat. Isqve accepto pallio, inſtantibus feriis eſurialibus inauguratus eſt. Confecta hyeme, Valdemarus iterum militem conſcripſit, in freto Gröneſundano congregandum. Expeditionis hujus laboribus ipſe qvidem rex ſuperſedendum ſibi ratus, exercitum imperio Cnuti filii ſui, ductuiqve Abſalonis archiepiſcopi commiſit, ut ſuis ſub auſpiciis bellum gererent, dum ipſe domi ſummam rerum adminiſtraret. Legati copias Volgaſtum transducunt, ubi incendio graſſantur, inde Uſnam profecti, agris tectisqve vaſtitatem inferunt. Tum orientalis Vandaliæ duces, Burizlaus Caſſamarusqve regem Cnutum archiepiſcopumqve

miſkunnar, oc ſettu þeim gisla af öllum ſinum löndum, oc gafu Konungi. xv. hunndrud marka, (*a*) en Byſkupi v. hundrud marka, til þeſſ at ſu ſætt ſkylldi ſtanda, er fyrr var giör vid Vindr, af hendi Valldimars Konungs, oc Vindr höfdu ſidan ſialfir rofid (*b*). jatudu þeir þa fridi öllum löndum þeim, er Konungr villdi eigi at þeir heriadi, oc komu aptr a niunda degi fra þvi er þeir höfdu a brott farid (*c*); en þeir ſögdu honum þau tidendi er giördz höfdu i þeirra ferd, oc færdu honum fe heim oc gisla; en Konungr þackadi þeim ſina ferd.

CXXVII. CAP.

And-lat Valldimars.

Eptir þetta lidu v. (*d*) vetr, ſva at leidangri var eigi utbodit, en i þeim fridi er þa var, giördu Vindr borgir oc kaſtala, oc giördu mörg virki i lanndi ſinu, þau er til land-varnar þyrfti: en er Valldimarr Konungr ſpurdi þetta, þa viſſi hann, at Vindr villdu eigi betr hallda þeſſa ſætt en enar fyrri: baud hann þa ut leidangri ſnemma um varid: En er lidit kom ſaman i Grænaſunndi, þa tok Valldimarr Konungr ſott. hann atti þa tal vid lid ſitt, oc baud þeim at hallda fram ferdinni ſem adr, oc ſetti en Knut Konung ſon ſinn höfdingia yfir herinn, oc Abſalon Erkibyſkup; en þeir villdu eigi vid hann ſkiliaz, fyrr en þeir viſſi hverſu ſott hans ſkipadiz. gaf Knutr Konungr þa heim-leyfi ollu lidinu med radi Abſalons Erkibyſkups. Valldimarr Konungr andadiz af ſott þeſſi. ij. nonas Maii. hann var færdr til Hring-ſtada oc þar jardadr, oc var miök harm-daudi al-þydu um alla Danmörk. þa hafdi hann verid ein-valldz Konungr ad allri Danmörk. vj. vetr oc xx. en hann hafdi att. viij. oc. xx. orroſtur a heidnum löndum, oc brautz æ vid heidinn lyd medan hann lifdi; oc villdi efla Gudz Kriſtni. Börn Valldimars Konungs oc Supphiu drotningar, voru þau Knutr Konungr, og Valldimarr Gamli, er ſidan var Konungr i Danmörk, er einn-hverr hefir verid agætaztr Konungr hingat a nordr-lönd. Med honum var Olafr Þordarſon, oc nam ad honum marga frædi, oc hafdi hann margar agætligar fra-ſagnir fra honum. Engilborg var oc dottir Valldimars Konungs Knutz ſonar, er atti Philippus Fracka Konungr, fadir (*e*) Lodves Fracka Konungs, er vann Damiad. önnur dottir Valldimars Konungs var Rikiz, er atti Eirikr Svia Konungr Knutz ſon. Þeirra börn voru Eirekr Svia Konungr, oc Engilborg, er atti Birgir Jarl i Sviþiodu. þeirra börn voru Va-

(*a*) *charta addit* gullz. (*b*) *charta addit:* oc þetta vard at ſætt med þeim. (*c*) *charta addit:* oc fundu þeir Konung a Mön. hann undradi þvi þeir höfdu ſva skiott farit. (*d*) *corrige ac reſcribe III.* (*e*) *al.* Hlödvers.

accedentes pacem rogant, foederisqve qvondam sanciti, nuperqve temerati, renovationem. Qvam & datis ex singulis provinciis obsidibus, numeratisqve regi mille qvingentis auri marcis, archiepiscopo autem qvingentis, impetrant, adjuncta stipulatione, nullam regionem, qvam rex liberam esse juberet, illorum incursionibus in posterum vexandam fore. Tota expeditio intra nonum diem confecta fuit; tuncqve legati cum exercitu reversi, regem in Mona insula conveniunt, qvi tantum negotii tam celeriter & exiguo tempore peractum esse, satis haud potuit mirari. Deinde intellecta rerum gestarum serie, pecuniaqve & obsidibus acceptis, magnopere lætatus, illos gratiarum actione prosequitur.

CAP. CXXVII.
De morte Valdemari.

Posthæc integro triennio a bellis & expeditionibus cessatum. Qvo intervallo usi Vandali, neqvaqvam rebus suis defuerunt, qvippe qvas arcibus & castellis munimentisqve, ad avertendas incursiones aptis, egregie firmavere. Qvo comperto, Valdemarus judicavit, Vandalis non magis destinatum esse hoc ultimum foedus, qvam priora illa servare. Ideoqve primo vere exercitum conscribit. Isto autem collecto & in freto Groenesundano jam congregato, ipse in morbum incidit. Interim tamen concione habita, milites hortatur, expeditionem alacri animo proseqvantur, Cnutoqve filio suo & Absaloni archiepiscopo, qvos iis etiam nunc summo cum imperio præfecerat, dicto audientes sint. Hi vero a rege negant se discessuros, donec de morbi eventu certi aliqvid deprehenderint. Itaqve Cnutus, svadente archiepiscopo, militibus domum regrediendi potestatem fecit. Verum decessit ex hoc morbo Valdemarus ad diem II. Non. Maji: corpusqve ipsius Ringstadium delatum, & sepulturæ traditum fuit. Mors regis universum regnum luctu & sqvalore replevit. Totius Daniæ imperio potitus, viginti sex annos solus regnarat, præliis octo supra viginti contra idolorum cultores defunctus: qvibuscum, dum vixit, continua bella gessit, amplificandæ Divini numinis gloriæ studiosissimus. Valdemaro Sophia regina pepererat Cnutum regem & Valdemarum Grandævum, qvi solium Daniæ postea conscendit. Qvorum uterqve inter excellentissimos Danorum reges numeratur. Vixerat in familia Valdemari Olaus Thordinus, qvi multa & præclara ab eo in scientiis didicit, & ad celebrandas virtutes ejus per illa, qvæ ab ipso acceperat, optime instructus fuit. Porro ex matrimonio, cujus meminimus, Valdemarus susceperat Engilborgam, nuptam Galliæ regi Philippo, filio istius Lodovici, qvi Damiatam expugnarat: Altera Valdemaro nata fuit filia Richissa nomine, qvam Ericus Cnuti filius, Svecorum rex, duxit. Ex hoc conjugio procreati sunt Ericus Svecorum itidem rex, atqve Engilborga Birgero Sveciæ comiti collocata, cui Valdemarum Sveciæ

Valldimarr Svia Konungr, oc Eirikr, oc Rikiz, er atti Hocon Ungi Noregs Konungr. Þridiu dottur Valldimars Konungs atti Vilhialmr Digri, ſon Heinreks Hertuga af Brunſvik, brodir Otto Keiſara. Kriſtophorus hertugi var oc ſon Valldimars Konungs oc Tofu, ſem fyrr var ſagt. hann var laungetinn. hann andadiz. x. vetrum fyrr en Valldimarr Konungr fadir hans.

CXXIIX. CAP.

Knutr tok Konungdom.

Eptir andlat Valldimars Konungs Knutz ſonar, tok Knutr ſon hans riki yfir öllu Dana velldi, oc þionudu honum allir Danir. En er Fridrekr Keiſari ſpurdi andlat Valldimars Konungs, þa ſendi hann þegar menn til Knutz Konungs: bad hann vera ſinn mann, oc hallda af honum Dana riki. Þa ræddi Knutr Konungr þetta vid Abſalon Erkibyſkup, hveriu hann ſkylldi um-ſvara, oc vid adra rádgiafa ſina: en þeir redu honum, at hann ſkylldi ſvara vægiliga, oc ſegia ſva: at Keiſarinn mætti vel gefa honum ſva mikid valld, at hann yrdi hans madr; en fyrir Danmörk þyrfti hann ecki hans madr at verda. Foru þa ſendi menn Keiſarans heim med þeſſum ſvörum Knutz Konungs. En medan þeſſir menn voru i ferdinni, þa ſenndi Burizlafr af Vindlandi, ſinn mann, er Prida het, til Keiſarans, oc ſagdi honum kvediu ſina, oc ſagdi, at hann mundi þat ſkiott giöra, at Knutr Konungr af Danmörk yrdi madr Keiſarans, eigi ſidarr en (*a*) fyrr jafn-lengd. Keiſarinn þackadi honum ord ſin, oc kyſti ſendimann, og gaf honum heſt godan, oc bryniu, ſkiölld oc hialm, oc öll vöndud her-vapn. hann gaf honum Skinn god, oc klæddi hann vel; let hán ſidan heim-fara; oc bad hann ſegia hertuga Burizlaf, ſinum enum kærazta manni, at hann helldi þat vel, ſem hann hafdi Keiſaranum heitid. Eptir þetta baud Burizlafr ut her micklum, oc villdi fara til Ræinga, oc vinna þat riki unndir ſik. En er Rængar ſpyria þetta, þa ſenndi (*b*) Jarizmarr menn til Abſalons Erkibyſkups, at ſegia honum, at Auſtr-vindr voru uti med her micklum, oc bidu Veſtr-vinda, oc ætludu at heria a þa: bad hann Erkibyſkup hialpa þeim, ef hann villdi hallda lanndinu. Erkibyſkup bad þa verda vid hrauſtlega, oc ſagdiz koma mundu at veita þeim. Eptir þetta baud Erkibyſkp ut (*c*) leidángri, oc ſigldi til Vindlandz i mot Burizlafi. Burizleifr hafdi. v. hundrud ſkipa, oc beid þa enn Veſtr-vinda. En er Erkibyſkup kom til motz vid Buriz laf, tokz þar hardr bardagi, oc

(*a*) *al.* fyrir, *qvod rectius.* (*b*) *Hechtio p.* 375. Jaremarus, *Arnoldo* Germarus. *lib.* 3. *Cap* 4. & 7. (*c*) *charta* lidi.

regem & Ericum filios dedit, filiamqve Richissam, Haqvino juniori, Norvegiæ regi connubio junctam. Tertiam Valdemari filiam Vilhelmus Crassus, Henrici Brunsvicensis ducis filius, Ottonis imperatoris frater, in matrimonio habuit. Præter hanc legitimam prolem Christophorum insuper filium ex Tova concubina sustulerat, de qvo supra meminimus. Is decimo ante obitum patris anno diem obiit.

CAP. CXXIIX.

Cnutus regni Danici administrationem sucipit.

Mortuo Valdemaro rege, filio Cnuti, totius Daniæ imperium Cnutus suscipit: cui universus populus fidem & obseqvium suum obstringit. Cum vero Fridericus imperator Valdemarum vita functum esse acciperet, legatis ad Cnutum regem missis, rogat, ut in clientelam ipsius veniat, regnumqve Daniæ ab eo tanqvam fiduciarium accipiat. Itaqve rex cum Absalone ceterisqve consiliariis suis deliberat, qvid responsi legatis dandum. Suadent illi, ut modeste respondeat in hanc sententiam, esse qvidem integrum Cæsari, si velit, tantum ditionis regi Daniæ addere regendumqve committere, ut hic sese agnoscat Cæsari beneficiario nexu obligatum: Ceterum qvod ad Daniæ regnum attineat, se in hoc nullum imperatoris dominium agnoscere. Qvo accepto responso, legati Cæsaris domum revertuntur. Dum autem hi in itinere adhuc hærent, Burizlaus Pridam qvendam, Vandalicæ gentis hominem, ad imperatorem ablegat, cum amplissima pollicitatione, se effecturum, ut intra annum rex Daniæ in potestatem ac fidem imperatoris veniat, qvam operam, tam liberaliter tamqve opportune condictam, sibi gratissimam esse testatus Cæsar, honore ac muneribus Pridam ornavit: qvippe qvem discedentem osculo dignatus, eqvo egregio, lorica, scuto, galea, integraqve armatura perqvam splendida donavit, additis insuper pellibus vestibusqve magni pretii, obtestatusqve est, ut Burizlaum ducem dilectissimum clientem suum haud cesset ad promissa illa magno animo exeqvenda incitare. Neqve defuit promissa opera Burizlaus. Statim enim militem conscripsit magno numero, qvo Rugianos adoriri, suæqve ditioni subjicere constituebat. Cujus expeditionis fama ad Rugianos perlata, Jarismarus Absalonem archiepiscopum per nuntios certiorem facit, orientales Vandalos, sumptis armis, Rugianis irruptionem minitari, iisdemqve jam propius imminere, atqve ad hoc Vandalorum occidentalium conjunctas vires opperiri. Qvod si itaqve regionem conservatam velit, præsentissimo auxilio adsit. Isto periculo commotus archiepiscopus securos de auxiliis esse jubet hostiumqve irruptioni pro virili resistere. Ipse deinde coactis copiis in Vandaliam contra Burizlaum classe contendit. Hunc cum qvingentis navibus occidentalium subsidia exspectantem archiepiscopus magno impetu aggreditur, fundit, fugat. Burizlaus cum

oc lauk ſva at Burizlafr flydi med fimtigi ſkipa, Enn þeir Erkibyſkup toku öll önnr, en ſumt lidit komz a lannd, en ſumt druknadi, en
1183. meſtr hluti var drepinn. þeſſi bardagi var um varid um (a) Piſkis daga. Sidan ſkiptu Danir fe þvi öllu er þeir höfdu fengid, oc foru heim.

CXXIX. CAP.
Fra leid-ángri Knutz.

Þetta ed ſama ſumar bad Knutr Konungr ut leidangri af Danmörk, oc for fyrſt til Ræinga, oc baud þeim at fara med þeim til Valaguſt. þadan hafdi Knutr Konungr lid mikid, oc for ſidan til Valaguſt, oc heriadi þar, oc let þar brenna allt. þeir lagu lengi um borgina. Abſalon Erkibyſkup for a land upp med ſitt lid. hann brenndi. ij. borgir, þær er ſettar voru vid veginn þeirra i Flatz minni: en er þær voru brenndar, þa for hann aptr til Konungs. þa kom Burizleifr á lanndit. hann ſendi menn til Erkibyſkups, oc lagdi vid hann ſtefnu. þa var Erkibyſkup á skipum, en Burizlafr ætladi at ſvikia Erkibyskup á þeſſi ſtefnu, oc þotti þa unnid allt, ef hann yrdi af-radinn. hann bad Erkibyſkup fara a land upp, oc talaz þar vid, oc kalladiz miök mundu hans for-ſia hlita um ſætt þeirra Knutz Konungs; enn Erkibyſkup villdi eigi á land ganga; þviat hann grunadi þat ſem var, at Burizleifr mundi um ſvik bua, oc vard ecki tal þeirra: Enn Burizleifr hafdi ſva holpid borg ſinni, at hann let flytia til viſt medan ſtefna ſtod vid Dani. Petrs meſſudag ſotti Knutr Konungr ad borginni, oc bardiz, oc feck eigi þar unnid hana, oc lá þar ſidan vj. daga kyrr, enn for ſidan i braut, þviat þa var miök lokit viſtum: en Vindr lögdu eptir, oc drapu lx. manna af Dönum. Sidan for Knutr Konungr
1183. heim med allt lid ſitt. þetta hauſt baud Knutr Konungr ut leidangri, vij. nottum fyrir Mikials meſſu, oc for til Rænga, oc hafdi þadan lid mikid, oc for þadan til Tribudiz, oc ſva upp a (b) Tripipen, oc heriadi þar, oc brenndi lanndit allt. hann reid til kaupſtadar þeirra, oc brenndi hann. þa mættiz þar allt lid Knutz Konungs, oc lagu þar iij. nætr, enn ſkip þeirra lágu vid Strælu. Enn um morgininn eptir foru þeir til (c) Tikareyiar, oc villdu brenna up a Voztroſu; enn vedr var i moti, oc máttu þeir þvi eigi brenna. Burizlafr ſpurdi þetta, oc for til med tueim skipum, oc villdi giöra ſætt vid Knut Konung, en þar bioggu raunar ſvik unndir. þa hafdi Knutr Konungr eigi viſt til at
1184. fæda lid ſitt, oc for ſidan heim til Danmerkr. En ad vari baud Knutr kon-

(a) *charta alias* Pintz daga. (b) *al.* Tribipen. (c) *al.* Trikaregiar.

qvinqvaginta navibus elapsus est, reliqvis omnibus ab archiepiscopo captis. Ex classiariis fugientibus nonnulli ad littus perveniunt; alii aqvis submersi; maxima vero pars ferro cecidit. Hoc prælium adulto vere, festis pentecostes diebus, commissum est: ex qvo Dani victores, divisis spoliis, domum se contulerunt.

CAP. CXXIX.
De Cnuti expeditione.

Hac eadem æstate Cnutus rex novum, qvem regno Daniæ imperarat, exercitum in Rugiam transportat. Unde sociatis copiis Volgastam proficiscitur. Qvam, vastatis circumjacentibus agris, diutina obsidione cinctam tenuit. Absalon jam ante in terram egressus cum suis copiis, binas urbes ad viam, qva procedebant, juxta Flatminnam sitas, incendio delevit: Indeqve ad regem rediit. Hoc cognito, Burizlaus eodem se contulit, missisqve nunciis, archiepiscopum, qvi forte in navibus tunc erat, colloqvium rogat, animo, si congrederetur, ipsum circumveniendi ac opprimendi. Cuncta enim cessura sibi ex voto sperabat, illo præsertim viro e medio sublato. Itaqve archiepiscopum enixe ac majorem in modum obsecrare, ut in terram ad colloqvendum secum descendat, ipsiusqve consiliis in foedere cum rege sanciendo morem se omnino gesturum pollicetur. Absalon vero præsagiens, qvas Burizlaus sibi machinaretur insidias, congressum prudens detrectavit. Qvapropter Burizlaus suum fore irritum conatum videns, per inducias cum Danis adhuc durantes, annona urbem instruxit. Qvam rex ad diem S. Petro Apostolo sacrum oppugnare cœpit, expugnare autem non potuit; post sex dierum obsidionem, ob defectum cibariorum, qvæ propemodum erant absumpta, desistere ab ea coactus. Discedentes Danos Vandali insectantur, eorumqve sexaginta interficiunt. Tum Cnutus universas copias suas domum reducit. Sed eodem autumno septimo die ante festum divi Michaëlis eas iterum in Rugiam transvexit. Unde numeroso auctus subsidio, Tribudizam venit, ac Tripipen usqve ferro & incendiis grassatur. Neqve emporio eorundem parcitum, ut qvod similiter in cineres redactum fuit. Ad hunc locum universum armatorum suorum multitudinem rex Cnutus vocavit, ac per triduum collectam habuit, navibus ad Strælam in statione relictis. Postridie Tikaroam contendit, atqve Voztrojæ incendium minatur. Sed reflatus venti ignes restingvebat. Burizlaus hæc omnia edoctus, cum duabus navibus iter ad regem maturat, simulans se pacem rogatum advenire, cum tamen nil nisi dolos meditaretur. At Cnutus commeatu ad exercitum alendum destitutus, Daniam respicere cœpit. Seqvente vere, expeditionem, qvam reliqverat, denuo aggressus est, assumptis in belli socie-

 tatem

Konungr ut leidangri af Danmörku. Þar var þa enn i lidi Abſalon Erkibyskup, oc Asbiörn Byskup, oc margir adrir rikir menn. Þeir höfdu mikinn her, oc foru til Valaguſt oc brendu tveim megin arinnar, oc foru ſva fram til Steinborgar, oc brenndu lanndit allt; en Burizlafr komz nauduliga undan: hann kaſtadi ſer af heſtzbaki yfir einn gard, oc komz ſva i borgina. Þa kom ad ridandi Knutr Konungr oc Abſalon Erki-byskup, en Burizlafr baknadi þa til þeirra, oc bad ſer fridar, oc beiddiz at tala vid þa; en þeir badu hann ſenda menn til þeirra med orendum ſinum, slikum ſem hann villdi flytia lata. Ok er ſendi-menn hans komu til Asbiarnar byskups, badu þeir hann flytia mal Burislafs vid Konung oc Erkibyskup, at þeir gæfi honum leyfi til at ganga ut (*a*) at borginni, at tala vid þa. Þeir ſögduz villdu tala vid hann med tru, oc ſödguz eigi vera ſva otruir ſem hann. Burizlafr ſegir, at hann vill giarna hallda tru vid þa, oc bad taka ſteſnu medal Konungs oc hans, oc kvetz mundu koma a Þriggia natta freſti a fund Knutz Konungs. Knutr Konungr ſagdi, at hann vill þa ſtefnu ſetia honum; enn þo vill hann brenna lanndit a medan, eptir þvi ſem hann hefir adr ætlad, oc bæ þann er ſtod fyrir borginni. Burizlafr bad Konung brenna þat er hann villdi, en hann ſagdiz þo vilia koma a Konungs fund; en bad Konung gefa frid (*b*) bæium þeirra, oc munſterum þeim er þar voru. Þa komu konur af bæium, oc fellu til fota Konunginum, oc badu at hann leti eigi brenna bæina, oc þat veitti Konungr þeim. Eptir þetta for Konungr a land upp at brenna, oc var a lanndi uppi um nottina, oc brenndi þar vida: en um morgininn eptir for Konungr til skipa. Þa kom Burizlafr a fund Knutz Konungs oc Erkibyskups, oc bad þa miskunnar, oc ſetti þa Konungi gisla, enna beztu manna ſonu, er a voru lanndinu, oc gaf Konungi. ccc. marka, en Erkibyskupi dccc. marka. Tok þa Knutr Konungr valld oc gæzlu yfir öllu Vindlandi, oc for ſidan heim til Danmerkr.

CXXX. CAP.

Andlat Burizlafs.

1185. Enn um varid fyrir Paſka, þa kom Burizlafr a fund Knutz Konungs, i Roiskelldu, oc var med honum um Paſchana i all-micklum kærleikum, oc bar ſverd fyrir Konunginum: Enn er Burizlafr for heim, gaf Knutr Konungr honum gódar giafir. skildu þeir med vin-
1186. attu. Enn annad var eptir, um föſtu, tok Burislafr ſott. Þa ſendi hann

(*a*) *al.* af, *qvod forte rectius.* (*b*) *charta* konum.

tatem Abſalone archiepiſcopo, Asbiornone epiſcopo, multisqve aliis primæ nobilitatis ac potentiæ viris. Qvorum junctis copiis exercitus contra Volgaſtenſes admodum numeroſus ducebatur. Is fluvio invectus, ab utraqve ripa incendium longe lateqve diſperſit. Hinc Stenburgum pergunt: ubi ſimiliter regionem flammis exurunt, Burizlao ægre evadente, qvi ex eqvo ſeſe ſuper ſepimentum qvoddam projiciens, incolumis in urbem confugit. Rex cum archiepiſcopo eodem momento adveniunt. Eos vero Burizlaus, ſigno dato, pacem ſupplex rogat, obteſtaturqve, ut poteſtatem ſui faciant. Jubent, ut per nuntios conditiones pacis proponat. Itaqve miſſi a Burizlao nuntii Asbiornonem Epiſcopum conveniunt, orantqve apud regem & archiepiſcopum cauſam Burizlai agere ne gravetur, nimirum, ut commeatus ipſi detur, qvo ad colloqvium cum ipſis inſtituendum urbe egredi liceat. Annuitur induciæqve conceduntur, duraturæ, dum conventus finiatur. Adjiciunt dictis rex & archiepiſcopus ſui moris non eſſe, fidem fallere, aut promiſſis ludere, exemplo Burizlai. Atqve hic in vicem recipit fidem ſe ſancte ſervaturum: petit ſaltem, ne a regis colloqvio excludatur, ad qvod ſeſe intra triduum certo promittit affore. Reſpondit Cnutus, colloqvii qvidem ſe & diem & modum definiturum; nihilominus tamen, qvod jam ante conſtituerat, & regionem & villam urbi ſubjectam crematurum. Ad qvod Burizlaus, penes regem eſſe ait qvicqvid velit cremandi poteſtatem, venturum ſe tamen ad diem locumqve condictum: interim ſupplicare regi, ædibus ſacris pagisqve ut parcat. Tum fœminæ e pagis egredientes ad pedes regis ſe projiciunt, ſuppliciterqve obteſtantur, ut a pagorum exuſtione temperet, qvod etiam a clementia ejus impetrant. Inde rex in provinciæ interiora penetrat, ubi flammis paſſim ſævit, exactaqve ibi nocte, poſtero mane claſſem reviſit. Burizlaus ex compacto regi & archiepiſcopo ſe ſiſtit, pacem ſupplex orat, tradit obſides, optimatum filios, regiqve marcas trecentas, octingentas archiepiſcopo numerat. Hac expeditione Cnutus totam Vandaliam armis ſubactam in fidem & poteſtatem ſuam recepit, rebusqve bene geſtis, regnum repetiit.

CAP. CXXX.
De morte Burizlai.

Ineunte vere, ſub paſchatos feſtum Burizlaus Cnutum regem Roeskildiæ inviſit, atqve humaniſſime exceptus, feſti ſolennibus interfuit: in qvibus gladium ante regem portavit. Abeuntem rex ampliſſimis donis ornavit, multisqve aliis amicitiæ ſignis proſecutus eſt. Seqventis anni vere ſub tempus jejunii qvadrageſimalis Burizlaus morbo corripitur. Qvo ingraveſcente, con-

hann ord rad-giöfum ſinum, oc atti tal vid þa, oc ſagdi, ef hann riſi up or þeirri ſott, at hann villdi finna Knut Konung; enn ef þeſſ yrdi eigi audit, þa bad hann Konunginn (*a*) ſkipa lanndinu, eptir þvi ſem hann villdi. hann bad oc Konunginn, fyrir Guds ſakir, veita börnum ſinum vinattu, oc skipta öllu þeirra i millum, eptir þvi ſem hann vill; þviat hann ſa at Jarizmarr brodir hans hafdi þeſſ ad-notid, at hann var jafnan trur Knuti Konungi. Af þeſſi ſömu ſott andadiz Burizlafr Hertugi um föſtu. Eptir þetta foru menn Burizlafs a fund Knutz Konungs, oc ſögdu honum and-lat Burizlafs, oc þær ord-ſendingar, er hann hafdi ſent til Knutz Konungs; oc badu konung hialpa ſonum hans, oc skipta ſva öllu þeirra i milli ſem hann villdi. Sidan toku þeir ſtefnu i milli ſin vid (*b*) Nordunga borg. Kom þar þa Nikulas oc Heinrekr ſynir Burizlafs, oc skipti Knutr Konungr þa lanndinu medal þeirra, oc ſetti til gæzlu menn med þeim. Hafdi nu Knutr Konungr ſett ſina gæzlu oc forſia yfir allt Vind-land, med radi Abſalons Erkibyskups. oc er nu lanndid allt undir þeirra valldi. En i þeim bardögum öllum, er þeir attu vid Vindr, ſidan Valldimarr Konungr Knutzſon letz, þa var Abſalon Erkibyskup for-madr, oc rad-giafi Knutz Konungs: oc eigi hefdi þeir þvilikan ſigr unnid, ef eigi hefdi hann (*c*) vid-varid: þviat hann hefir meſtr her-madr verid náligä, oc bardaga madr, hingad a Nordr-lönd. Nu lykr her ad ſegia fra Dana-Konungum.

(*a*) *al.* skipta, *dividere.* (*b*) *charta* Vordunga borg, *quod quidem rectius videtur.* (*c*) *al. charta* med-verit.

